Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Nigerdinus

# Brevis repetitio Institutionum Iuris D. Iustiniani, Sacratissimi Principis : Disputationibus XXVI. Per positiones, ipsa generalia, & verba fere textus, eorumq[ue] aliquando difficiliorum explicationem continentes, iisque subiectas illustres & accommodates quaestiones, Privati Exercitii Gratia ... in celeberrima Rostochiensium Academia, proposita

Rostochii: officina Reusneriana, 1601 [erschienen] 1602

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301**

Druck Freier Zugang



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0001
DFG

Bibliotheck des Geh: R. u. Cz.
Carl Gerds v. Ketelhodt
acquirirt zum allgemeinen
Besten von Ludwig Friedrich
Fürsten zu Schwarzburg Rud.
1804.

68 a 2780

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0002
DFG

Jur. B. XI, 5.
pg. 302.

UB Rostock
28$ 005 644 984

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0003
DFG

4V AK 004

Brevis repetitio

# INSTITVTIONVM IVRIS D. IVSTINIANI, SACRATISSIMI PRINCIPIS,

DISPVTATIONIBVS XXVI. PER positiones, ipsa generalia, & verba ferè textus, eorumq; aliquando difficiliorum explicationem continentes, ijsque subjectas illustres & accommodatas quæstiones,

*PRIVATI EXERCITII GRATIA, Nobilibus aliquot & eruditis juvenibus, LL. studiosissimis, in celeberrima Rostochiensium Academia, proposita*

à

IOANNE NIGERDINO,
Osnaburgens. VVestph.

ROSTOCHII
Ex officina Reusneriana. Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0005
DFG

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

68 a 2780

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0006
DFG

# COSS. SENATVIQVE INCLTTÆ ET PERVE-tustæ Reipub. Osnaburgensis, patribus patriæ.

*VIRI MAGNIFICI, VIRI NOBILES, VIRI CLARISSIMI, VIRI PRVDENTES.*

PRæclarè magnus ille Jul. Cæs. Scaliger, *Iurisprudentia*, inquit, *ut ad humani generis conjunctionem, atq; æquabilitatẽ instituta fuit: ita neutiquam sita est, in nudis opinionibus, aut in pertinacia potius, numerovè, quàm in pondere, soliditateq; sententiarum.* Etenim homo, cum sit sociale animal, fieri non poterat, ut benè beatèq; viveret, si ferarum imitaretur vitam, sibiipsi omninò alienus. Itaq; coactis principio hominibus multis, mœnibusque quibus sua ipsi tutarentur, conditis, concilia, cœtusque sunt constituti, quas civitates appellamus. At enimverò, quum, quâ ad Deorum immortaliũ naturam, quàm fieri poterat, proximè accedebant, illa divinitas, multis sui modis deficeret, atq; intellectus aciem sensus hebetare cæpissent, voluntas electioni

imperare videretur: factum est: ut vitijs invalescentibus, mutuis se injurijs confecerint, atq; inter se ipsos omninò non quiret convenire. Ineunda itaq; fuit ratio, hujus mali coërcendi: atq; quâ se salvos vellent, Respub., quibus possent artibus, stabilienda. Hoc sanè, sive per Naturæ excellentiam, sive disciplinæ perfectionem, excitavit divinos quosdam homines, qui tractam à numine Deorum rationem, in pristinum statum, atq; libertatem, quoad fieri poterat, vindicantes, communia quædam præcepta, ad principem rerum omnium Naturam expressa, literis mandarunt, quæ juberent ea, quæ facienda essent, prohiberentq; contraria: quas leges appellamus. Ex quo intelligi par est, ut corpora nostra, sine mente: sic legem, sine ratione, suis partibus & nervis, ac sanguine & membris, vivere non posse. Nec temerarius Plato: qui proximum menti ac rationi nomen obtinuisse legem credebat: quippe cum νόος mentem ac rationem notet, νόμος verò legem. Ac, quum nullum in illa, τὸ παθητικὸν, atque ipsum Deum Reipub. videantur præfeciisse, legem imperare qui jubent: Sanè, sive scripta extet, sive moribus recepta observetur, illam, stabilem, æternam, & ab omni cupiditate liberam, quis, nisi iniquus rerum æstimator, dixerit? Ac, ejus ratio quum duplex sit, atq; ad publicam salutem varie fuerit accommodan-

da;

da: factum est, meherculè, ut ad hanc rationis normam, æquitatis quoddam accesserit judicium. unde jus civile ortum duxit: Sic quidem appellatum, quod ipsius civitatis esset proprium. Quod sanè, quum ita naturæ ratione affectum sit, ut si æquabilitatem ab eo sejungas, jus ipsum omninò videaris sustuliſſe: profectò, neutiquàm id in nudis opinionibus situm est, aut in pertinacia potius, numerovè, quàm in pondere, soliditateq; sententiarum. neq; verò Jureconsultos dixeris illos, qui juris majestatem, æquitatem, splendorem, detortis, iniquis, sordidis interpretationib. obruere conati sunt: sed qui obscuris lucem, dubijs benignam ex æquo & bono interpretationem addentes, jus ipsum illustrarunt. At verò, quum ejusmodi sit veritatis ingenium, ut, non nisi quærenti, se offerat: diligentissimam hic interpretandi labor, disquisitionem postulare sibi videtur. quo nomine, sapienti mihi consilio, institutum fuisse videtur, illud exercitationis genus, quod γεγύμνασμα indigetant, disputationum sc: illa velitatio, in scholis, summa cum felicitate, nostro seculo, recepta, inde enim quantus Reipub. usus oboriatur, ego quidem dixerim, si res verba desideraret, nec pro se ipsa loqueretur. Testes sunt omnis Europæ Academiæ. testes viciniores nostræ Germaniæ. testes Colonienſis, Tubingenſis, Marpurgenſis, Heidel-

bergenſis, Ienenſis, & aliæ. Cujus rei rationem, quum ipſe mecũ æſtimarẽ, atq; hanc Inſtitutionum, per diſputationes, repetitionem, contentè à me deſiderarent, nobiles aliquot, doctiſſimiq; juvenes, Legum ſtudioſiſſimi: ſanè vel hoc ipſo animum meum vehementer excitârunt, quod arbitrabar id quoq;, ad ſimplicitatem meam, cumprimis pertinere. aggreſſus ſum itaq; hanc operam, atq; cum eam in vulgus edere, communi collegarum conſilio, placitum fuerit, nec mihi ipſi deeſſe, nec eorum ſtudijs adverſari fas erat. Quare ſicubi in ea minus quorundam judicijs, (quod quidem fieri potuiſſe, maximè in ijs, ubi veſtigia offendendi copia non erat, ingenuè fateor) humanè id accipiant velim. Sic ſanè, candorem atq; cenſuram illorum adeò non improbarim, ut verioribus gratias inſuper meminerim ſingulares. Ac quùm is terræ ſinus, in quo orti, in quem excepti ſumus, ubi primum hauſimus cœlum, illa nobis, vel Naturæ affectione, vel diſciplinæ informatione, ſemina indiderit, quibus optimus quiſque animus, ad veram frugem promoveatur, eorum profectò omnium primitias, vel inprimis, ille à nobis repetere, propè ſuo jure debet. Quæ igitur mea in patriam fuit pietas: eam ſanè hoc publico monimento, extare volui, non quidem ſui vel dignitate, vel magnitudine parem, ſed

ab

ab mea facultate maximam. siqnidem animi ingenui sit, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere. Vos itaq; Viri magnifici, nobiles, clariſſimi, prudentiſſimi, accipite eodem, quo ego vobis haſce primitias defero, animo. ita ſanè, non modò veſtra me humanitas beârit, verum ego etiam, ad ulteriorem majorum officiorum promtitudinem haud ægrè inviter. Valete. Roſtochio XV. Cal. Jan. clɔ. Iɔ. CI.

*M. & P. Veſt.*

*Studioſiß.*

*Joannes Nigerdinus.*

AD

DN. IOANNEM NIGERDINVM,

Virum doctissimum,

Amicum charissimum.

DIC mihi Callirhöe, qualis Dea, quæ ora Ioannis
Formavit nostri? Calliopeia Dea.
Et Dea quæ Mystam spatiosa volumina legum
Tam exactè edocuit noscere? Diva Themis.
Vlteriùs quæro: residet quæ Gratia labris
Iani? Eurynomes ter spetiosa Charis.
Quæq; favo Genij Facundia manat ab udo,
Dic, quasi Mopsopij Nectaris amne? Lepos.
Calliopeia, Themis, Charites, Salvete Lepores;
Confertis tali qui bona digna viro.
Ducite longa Deæ Fatales stamina Iano.
Eveniant votis fata benigna suis.

Matthias Stephani I. V. D.

---

Ad Ornatissimum & Doctiss.

DN. IOANNEM NIGERDINVM,

Disputationes suas in Libros I V. Institut. Imperial. edentem.

EST, JANE, nostri mos juvenum ferè
Hic pravus ævi, quod genio suo
Indulgeant plus, quàm colendo
Ingenio; Videas sonoræ

Vacare

*Vacare multos aut cytharæ, aut levi*
*Gaudere ſaltu, vel cyatho gravi*
*Certare, nec quandam diei*
*In ſtudio poſuiſſe partem*
*Apollinari, vel Themidis bonæ*
*In inſtitutis legitimis. Dolet*
*Multis, brevem pulcræ juventæ*
*Cernere ſic perijſſe florem.*
*At tu fugaces pol ſapientius*
*Impendis annos, IANE, ſororibus*
*Accepte Divis, ac Themiſtos*
*Delitiæ, juvenumq; ocelle*
*Politiorum, quos gelidus videt*
*VARNVS, Quirinas dum aſsidua teris*
*Leges manu, nec quæſtionum*
*Innumeras metuis Charybdes:*
*Quas perſpicaci lumine præcavens*
*Compendioſas Oceani vias,*
*Legale luſtrum poſtus intra,*
*Flumine continuo meaſti.*
*Prodit ſub auras pervigilis tuæ*
*Fœtura curæ, congeries nova*
*Concluſionum, quas recentum*
*Et veterum Schola ventilavit*
*Interpretum, jacta eſt ſeges optima*
*Meſsis futuræ. Cernere quàm juvat,*
*IANE, hoc tuo natos labores*
*Ingenij juvenili in ævo.*
*Eſt jura multum, ſcire tenacius,*
*Rixisq; juſtum ponere limitem*

Le-

Legum, sed est plus æstimandus,
Qui mediâ valet hoc juventâ.
Illum ante lucem lumina cum libris
Sæpe est necessum poscere, nec capi
Circes veneno, sed Matinæ
Instar apis volitare lati
Per arva juris: Ceu tuus hic labor
Te IANE fecisse indicat, & jubet
Sperare nos majora, cum annis
Ponè tuis: quibus annuentis
IOVÆ precabor numina perpetim:
Vt dulce fias præsidium reis,
Amplaq; cum possessione
Te meriti excipiant honores.

Nicolaus VVesselius D.

---

ASträam populis DOMINAM Cœli induperator
Constituit, quâ stant stante, cadente cadunt.
Nam Sol æthereo velut emicat aureus orbe,
Sic sacrum Astrææ fulget in urbe jubar:
NIGERDINE, Deã sequere hanc fausto pede, & urge;
Sic nempe olim lux urbis & orbis eris.

M. Eilhardus Lubinus Poëseos
in Acad. Rostochiens. P. P.

EPI-

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ,

AD IOANNEM NIGERDINVM primitias suas edentem.

*NIGERDINE, Deus quis vel quæ DIVA beavit*
*Ingenium tantâ prosperitate tuum?*
*Aut te nutrivit PALLAS Cunabla præmentem,*
*Aut pectus succis imbuit Alma THEMIS.*
*Nam tot in humano divinas corpore dotes*
*Nactus es, & tibi tot Martis & artis opes;*
*Vt proprio major GENIO videaris, & ipsos*
*ÆTATIS cursus antevenire tuæ.*
*Gaudeo quod IVRIS scripti FVNDAMINA doctis*
*Complexus THESIBVS continuè trutinas.*
*Gaudeo quod nec humo commissa Talenta recondis,*
*Nec pateris fœdo scripta sepulta situ.*
*Euge, TVIS TEMPESTIVE inservire laboras,*
*Nam officium officio, quod mora tardat, abest.*
*Perge, Vir, egregijs ditasse laboribus orbem,*
*Æterni ut fructum nominis inde feras.*
*Nominis inde feras laudem, in PATRIAq; vetusta*
*Innumeros vives post tua fata dies.*

Heinricus Starcke VVestph.
Med. Cand.

Orna-

*Ornatissimo & doctissimo Viro,*

## DN. IOANNI NIGERDINO.

*ODêre claves & sigilla marcida :*
*Amant videri meritò, amantq; suspici*
*Nutritæ ad osculum sagacium virûm*
*Politularum positionum turmulæ.*
*I prosperè volantibus columbulis,*
*Quales dedêre ramuli omen aurei,*
*Libelle parve, sed libelle mustee.*
*Quod si meantis haud amore despit*
*Amicus augur, charus acceptaberis*
*Virûm senumq; copiæ, & juventulæ*
*Cui sancta pappam sufficit Themis suam ;*
*Nec cœperis vulgi manu sordescere,*
*Nec tu malignas mutus timeas paveris.*
*Cum tibi recurrens plurimas admoverit*
*Aures vel Aries, vel retromeans iter*
*Declive Cancer ; te viro natum bono*
*Loquêre, pennas qui brevi extendet suas*
*Nido ampliores : ut quod ipse angustior,*
*Virtuti id addas domini, & aures excites.*
*Si fuerit æquus ille & alter arbiter,*
*Inflabit ambas prædicando bucculas.*
*Sic jure NIGERDINVS utetur suo.*
*Nempè est suprema, denegare jus suum*
*Et jus amanti & jus docenti, injuria.*

Theodorus Glazerus Dithmarſ.

Poſt

POST Dicæ effugia, ut tribus sacratum est
Templum Numinibus, Iovi, Minervæ,
Soli, conciliatione Divæ
Læsæ; posteritasq; Flaminum se-
gnius Palladias refovit aras:
Ævum si anterius comes superstitio pressit: egone mirer, aut tu
NIGERDINE? beatum utrumq; nostrum;
Quos æquum duplicato honore Numen
Vidit! ecce novem chorus Dearum
Conjurant Themidi, annuitq; Phœbus.
Cessit fabula, vanitas, facesse,
Astræas aditus cui haud ad aras,
Vulgi judicium. tuo salem ecce
Platoni Themidos sagax sacerdos
Vendat. Sulpitij, aureumq; Paulli
Sæculum redit: hoc pio Recentum
Debemus studio. æmulatus hoece,
Priscam instat revocare Romuli urbem,
Astrææ sacer unicæ NIGERDI-
NVS. Si perpetuo favent labori
Fata: flos juvenum! quis es futurus?

Ioannes Gulouu.

NOMI-

## NOMINA COLLEGARVM, *secundum ordinem, sorte & tempore attributum.*

Ioachimus Bramber, Demminenſ. Pom.
Ioannes Gulow, Pitzlücenſ.
Arnoldus Stedinghk/ Holſat.
Ioannes Hamelmannus, Oldenburg.
Chriſtianus Omichius, Roſtoch.
Ioannes Furborn, Hervord. Weſtph.
Henricus Rotermannus, Demminenſ. Pom.
Theodorus Glazerus, Dithmarſ.
Ioachimus Clutenius, Parchimenſ. Megapol.
Bernhardus Furſtenovius, Vflen. Weſtph.
Henricus Scaperus, Weſtph.
Ioachimus Erich, Gryphiſwaldenſ. Pom.
Garlefus Schulte/ Bremenſ.
Detlevus von der Hude / Bremenſ.
Ioachimus Gerdes, Roſtoch.
Ioachimus Swartekop, Wiſmar. Megap.
Valentinus Strælenius, Roſtoch.
Ioſua Volſchovius, Gryphiſwaldenſ. Pom.
Petrus Moller, Hamburg.
Nicolaus Quadenius, Hambutg.
Nicolaus Marquarth. Gryphiſwaldenſ. Pom.
Ioannes Oldehoiſt, Hamburg
Ioannes Kinius, Hamburg.
Ioannes Reudinger, Perleberg. March.

ERRA-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0018
DFG

# ERRATA TYPOGRAPHICA sic corrigantur.

IN LIB. PRIMO] *In inscriptione disp. 1. 2. & 3. pro*, Imperalium, *lege* Imperialium. *Disp. 1. th. 4. in alleg. linea 8.* ingenuus. *Disp. 2. th 2. in alleg. lin. 6. pro, ff. de rit. nupt. lege*, C. de nupt. *Disp. 3. th. 1. in alleg. lin. 2. §.* fin. n. 9. *In inscript. disp. 4.* Tutela. *& th. 3. q. 3. lin. 1.* mater. IN LIB. SECVNDO] *In inscript. disp. 1. pro, imperalium*, Imperialium. *In eadem disput. aliquoties ubi legendum*, dominium, *legitur dominum. Disp. 3. th. 2. q. 2. lin. 2.* Nov. III. *th. 3. q. 5. lin. 3.* hoc adfirm. *Disp. 4. th. 2. in alleg. post lit. k, hæc inserantur*, (l) §. *fin. h. t. l. 12. ff. eo.* (m) *l. 15. eo. l 1. in pr. ff. de legat. 3. In q. 2. lin 2. pro, ff.* Inst. *& q. 5. lin. 5.* lib. 5. *Disp. 5. th. 1. q. 1. lin. 2. dele unum* pro *th. 2. q. ult. lin. 5. lege*, conj. 20. *th. 3. q. 3. lin. 4. pro 5. pone. 4. Disp. 7. th. 3. q. 4. lin. 4.* de SS, Eccles. *& lin. 5.* ad l. 10. *Disp. 8. th. 1. in fin.* communicatio. *& in alleg. lin. 13.* Senatusconsultum. *q 2. lin. 5. pro 34. pone. 32. & th. 3. q. 5. lin 3. pro 5. pone. 8.* IN LIB TERTIO] *Disp. 1. th. 2. q 2. lin. 1.* Quid. *q 6. lin. 3.* fratribus. *th. 3. q. 2. lin. 4.* cap. 1. *q 4. lin. 4. post verbum, tempore, insere*, esse solutam. *In corol. 1. lin. 4, pro 36. pone 37. Disp. 2. th. 2. q 2. lin. 3. pro creditorem*, debitorem. *th. 3. lin. 4* solutionem.

*Disp. 3.*

*Disp. 3. th. 1. q. 2. lin. 3.* adl. 110. *th. 4. q. 7. lin. 3.* momentis. *Disp. 4. th. 1. q. 4. lin. 5.* Gœdd. *th. 3. q. 8. lin. 1.* unius. *Disp. 5. th. 1. lin. 2.* dictum. *th. 3. lin. 2.* facta. *th. 4. q. 6. lin. 4. pro 63. pone 83. Disp. 6. th. 2. q. 6. lin. 1.* commissoria. *Disp. 7. th. 1. lin. pen. dele,* non. *th. 3. lin. 7.* mandatario. *q. 1. lin. 1.* remunerandi. IN LIB. QVARTO ] *Disp. 1. th. 1. q. 1. lin. 3. pro, de furt. pone,* de V. S. *Disp. 2. th. 3. in alleg. lit. i. lege,* d. §. pœnales. *Disp. 3. th. 1. lin. antepen.* Publiciana.



Dispu-

# Disputatio I.

*LIBRI I. INSTITVTIONVM Imperialium.*

DE

# IVSTITIA ET IVRE, AC PRIMA PERSONARVM DIVISIONE.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis Westph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia Respondebit*

IOACHIMVS BRAMBER

Demminens. Pom.

*Loco horisq; solitis, ad diem 6. Maij.*

ROSTOCHII

Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0021
DFG

CLARISSIMO, EXCELLENTISsimo, ac consultissimo viro,

Dn. DANIELI RVNGIO, I. V. D.
Illustrissimi Pomeraniæ Ducis consiliario, & in alma Academia Gryphiswaldiana Professori celeberrimo.

NOBILITATE, PRVDENTIA, ERVtione, multaq; experientia, politissimo viro,

Dn. MARTINO ELVERO,
inclytæ Reipub. Demmin. consuli meritissimo.

NEC NON

CLARISSIMO VIRO, VIRTVteq; ac eruditione ornatissimo,

Dn. PETRO RVNGIO, PRÆdictæ urbis patriæ Senatori dignissimo.

*Affini.*

*Propatri.*

*Affini.*

Dominis patronis, Mecœnatibus, ac fautoribus omni animi summissione colendis

*Dat, Donat, Dicat*

*Ioachimus Bramber.*

# Thesis I.

IVstitia, à qua juris nomen, auctore Iureconsulto (a) descendit, est constans & perpetua voluntas suum cuiq; tribuendi. (b) Ius, quod Celsus (c) definit esse artem æqui & boni, paulo pinguius Vlpianus (d) eumque secutus Iustinianus (e) describunt, rerum divinarum & humanarum notitiam, justi atque injusti scientiam. Præcepta ejus generalia (f) sunt tria, honestè vivere, alterum non lædere, suum cuique tribuere. (g) Positiones sive species duæ sunt, publicum sc: jus, quod ad statum rei Romanæ, (h) & privatum, quod ad singulorum utilitatem pertinet, (i) collectum ex præceptis naturalibus, Gentium & civilibus. (k)

(a) *l. 1. in pr. ff. h. t. vid. Govean. 1. var. lect. 18. Connan. 1. com. 2. num. 2. & 3. Lopez. animadvers. jur. c. 1. num. 1. & seqq.* (b) *in pr. h. t. l. 10. in pr. ff. eo.* (c) *d. l. 1. in pr.* (d) *d. l. 10. in fin.* (e) *d. pr. h. t. Vbi vid. Vulte. num. 4.*

Lopez. d. c. 1. num. 14. & seqq. (f) specialia enim penè infinita sunt. arg. l. 7. ff. de ll. (g) §. 3. h. t. & d. l. 1. §. 2. Donell. 2. com. 1. Ioan. Mercer. 2. Opin. 2. (h) in fin. Inst. h. & d. l. 1. §. 2. Donell. d. lib. 2. c. 5. & seq. (i) d. fin. & d. §. 2. Donell. c. 7. (k) dd. text.

## Hinc quæritur. I.

*Ius Romanum num in artis formam redigi possit? A. arg. l. 1. in pr. h. t. vid. Vulte. Althus. & alios in lib. de jurisprudentia Rom. DISSENT. Bodin. in distrib. univers. jur.*

*II.*

*Ius revera sit, an opinione tantum? Prius A. cum Connan. 1. com. 1. vid. Donell. 1. com. 8.*

*III.*

*Iustitia intelligaturnè hîc divina? N. cum VVesenb. in pr. Inst. h. DISS. Accurs. Hotom. Vulte. ad. d. pr.*

*IV.*

*An universalis? N. cum Contio 2. subsec. lect. 7. in fin. confer Donell. 2. com. 1. DISS. VVesenb. d. loc.*

AEqui-

V.

AEquitas an juris rigori præferenda? A. l. 8. C. de judic. Donell. 1. com. 13. Pet. Fab. in l. 90. n. 12. ff. de R. I. DISS. Sich. in d. l. 8. n. 5. Dec. in d. l. 90. n. 9. & seqq.

VI.

An quis sibi manus violentas sine læsione justitiæ inferre possit? N. per l. 13. in pr. ff. ad L. Aquil. Zoannet. in tract. de defens. p. 1. n. 4. & seqq. Danæ. 2. Ethic. 13. pag. 189. & seqq.

VII.

Ius publicum sitnè etjam collectum ex præceptis naturalibus, gentium & civilibus? A. cum Lopez. animadvers. jur. c. 7. n. 2. & 3. Gædd. ad l. 6. n. 11. ff. de V. S. contra Connan. 1. com. 4. n. 2. Cujac. ad. l. 1. §. 2. ff. h. t.

VIII.

An tripartita illa divisio, juri tantum Rom. an verò cuivis juris doctrinæ conveniat? Vtrumq; dici posse puto. cum VVesenb. ad §. ult. in fin. Inst. h. t. Vulte. 1. I. P. 1. n. 15.

## THESIS II.

Ius naturale (quod ratione causæ jus dicitur: quia hinc jus hominibus præscribitur, & ab hoc veluti fonte bona jurisprudentiæ Rom pars derivatur (a) ) est, quod natura omnia animalia docuit, neque humani generis proprium est, sed cujus peritia etjam cætera censentur animalia. (b) Ad hoc pertinent maris ac fœminæ conjunctio, liberorum procreatio, educatio &c. (c) Ius gentium est, quod naturalis ratio apud omnes homines constituit, (d) seu, quo gentes humanæ utuntur: (e) eoque introducta bella, regna condita, dominia distincta; ortæ captivitates, perque has servitutes & manumissiones; ac emptiones venditiones, locationes conductiones, & omnes pene contractus instituti. (f) Quod autem quisque populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium civitatis est, vocaturque jus civile, quod neque in totum à jure naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei servit. (g)

(a) *Wesenb. ad pr. Inst. de jur. N. G. & C.* (b) *ita rectè illud jus describi, defendit Connan. 1. com. 4. n. 7. Donell. 1. com. 6. Lopez. d. lib. c. 2. contra Laurent. Vallam.* (c) *d. pr. & l. 1. §. 3. ff. de just. & jur.* (d) *§. jus autem gentium Inst. d. t. Donell. d. c. 6.* (e) *d. l. 1. §. fin. Connan. d. lib. 1. c. 5. de*

c. 5. De divisione hujus juris, in primarium & secundarium vid. post alios Connan. d. c. 5. n. 3. Coras. 6. Miscell. 25. Pac. 1. q. 2. (f) d. §. jus autem gent. l. 4. l. 5. ff. d. t. (g) d. §. jus autem l. 6. in pr. d. t.

## Hinc quæritur. I.

*An sui defensio sit juris naturæ? A. l. 4. in pr. ff. ad L. Aquil. Pac. 1. q. 1. vid. Connan. d. lib. 1. c. 4. in fin. Donell. d. lib. 1. c. 4.*

II.

*Homicidium factum pro defensione, parentum, fratrum, cognatorum, adhibito moderamine inculpatæ tutelæ, an excusetur? A. cum Harprecht. in §. item L. Cornel. de sicar. n. 64. Inst. de pub. jud.*

III.

*An ob defensionem rerum aliquem occidere liceat? N. l. 9. ff. ad L. Cornel. de sicar. Fachin. 1. controvers. 31. DISS. Accurs. Bart. in l. 3. ff. de just. & jur.*

IV.

*An ob honoris? N. d. l. 3. l. 1. C. und. vid. Harpr. d. loc. n. 88. & seqq. DISS. Bart. in d. l. 3.*

V.

*Conjunctio illicita sitnè juris naturalis? N. cum Vacun. declar. 3. Christoph. Porc. in pr. Inst. de jur. N. G. & C. DISS. Accurs. in l. 1. §. 3. verb. conjugatio ff. de just. & jur.*

VI.

*Num bella? N. contra Hotom. ad §. jus autem civile Inst. d. t. per illum text.*

VII.

*Stipulatio an sit juris civilis? A. §. de constituta Inst. de act. Vulte. ad pr. Inst. de verb. oblig. n. 5. & seqq. DISS. Forcat. Necyom. Dial. 72.*

VIII.

*Num & Emphyteusis? A. §. adeò Inst. de locat. conduct. Borch. de feud. c. 3. num. 3. Alvar. Valasc. de jur. Emph. q. 3. DISS. Coras. 1. Miscell. 21.*

IX.

*An statuta à civibus condita, sine principis confirmatione valeant? Disting. cum Zas. in l. de quibus n. 25. & seq. ff. de LL. vid. plura de statutis apud Cujac. in l. 9. & ibi commun. Dd. ff. de just. & jur.*

The-

## THESIS III.

Constat autem hoc jus nostrum, aut scripto, aut sine scripto. (a) Illud est, quod ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, magistratuum sive Prætorum edictis (quo pertinent edicta Ædilium Curulium) principum placitis, & responsis prudentum venit: (b) hoc est, quod moribus & consuetudine diuturna, sine sanctione, tacito populi consensu introductum est. (c) Inveterata siquidem consuetudo, pro lege non immeritò custoditur, in quibus causis scriptis legib. non utimur. Nam si ipsæ leges non alia ex causa nos tenent, quam quod judicio populi receptæ sunt, cur non & ea quæ sine scripto populus probavit, tenebnnt omnes? (d)

(a) *§. constat Inst. h. t. l. 6. §. 1. ff. de just. & jur. An autem hæc divisio, omni juri, tam naturali, & gent. quam civili conveniat, an huic soli? vid. Wes. Schneid. ad d. §. constat.* (b) *d. §. constat. & l. 7. ff. d. t. pro quarum specierum pleniore intellectu vid. l. 2. ff. de orig. jur. Connan. 1. com. 13. & seqq. Donell. 1. com. 8. & seq.* (c) *§. ex non scripto. Vbi Vulte. & alij Inst. d. t. l. 32. & seqq. ff. de LL.* (d) *d. l. 32. in pr. & §. 1.*

### Hinc quæritur. I.

*Ad essentiam legis an requiratur scri-*

*A 5* *ptura?*

ptura? N. arg. §. ex non scripto Inst. de jur. N.G. & C. Vulte. ad §. 3. n.3. eo. Sichard. ad Rub. C. quæ sit long. consuet. n. 7. DISS. post alios Niell. disput. feud. 1. th. 2. lit. a.

II.

Legem novam, certo tempore non adjecto, regulariter duobus à die promulgationis effluxis mensibus, ligare ajo, Novell. 66. vid. Ferdinand. vasq. illust. controvers. c. 44.

III.

Princeps an legibus solutus? A. l. 31. ubi Dd. ff. de ll. vid. Cujac. 15. Obs. 30. & ad l. 5. ff. de just. & jur. Connan. 5. com. 8. n.3. Vulte. ad §. 7. Inst. de jur. N. G. & C.

IV.

An pœna legum aucta, ad delicta antea commissa extendi debeat? N. per l. 1. l. 11. ff. de pœn. l. 155. §. in pœnalibus ff. de R. I. contra Connan. 1. com. 9. n. 10.

V.

Quid igitur, si sint pœnæ variæ ac diversæ simul varijs legibus statutæ, quæ de jure imponenda? id pro diversitate casuum æstimandum puto cum Fachin. 9. controvers. 1. per tot.

An

VI.

*An consuetudo legem vincat? A. l. 32. in fin. ff. de LL. Donell. 1. com. 10. Vulte. ad §. 10. n. fin. Inst. d. t. Pac. 1. q. 14. vid. Dd. ad l. 2. C. quæ sit long. consuet.*

VII.

*Quot actus ad inducendam consuetudinem requirantur? Arbitrio judicis relinquo cum Menoch. de arb. jud. quæst. cas. 81. Connan. 1. com. 10. n. 6. D I S S. Gail. 2. obs. 31. n. 7.*

VIII.

*An sufficiant actus extra judiciales? A. cum Gail. de obs. 31. n. 8. Sich. ad Rubr. C. quæ sit long. cons. n. 22. Donell. 1. com. 10. D I S S. Accurs. in l. de quibus ff. de LL.*

IX.

*De tempore itidem judex arbitrabitur. Cujac. in parat. C. d. t. VVesenb. in parat. ff. de LL. n. 9. DISS. Connan. d. n. 6. Donell. d. c. 10. Sichard. d. loc. n. 16.*

X.

*Proinde Doctori de consuetudine attestanti, non creditur, nisi ea legitimè probetur.*

*Mynsi.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0043
DFG

*Mynſ. 6. obſ. 68. vid. Zaſ. in l. 32. n. 47. & ſeq. ff. de LL.*

## THESIS IV.

Inſuper verſatur jus omne circa perſonas, res, & actiones. (a) Quo ad ſtatum perſonarum, omnes homines, ſumma vel prima diviſione ſunt liberi aut ſervi. (b) Servi aut naſcuntur, ex ancillis ſc: noſtris; aut fiunt, vel jure gentium, puta captivitate, vel jure civili, ſui ipſius venditione. (c) Et licet ſervorum officia varia ſint: (d) in eorum tamen conditione nulla eſt differentia, (e) ſecus in hominibus liberis: Ij enim vel ingenui ſunt, quoquo ſc: modo liberi nati, (f) vel libertini, ſeu (g) liberti, per legitimos modos à perſonis non prohibitis manumiſſi: (h) manumiſſio namque contra jus facta, ut maximè eam dominus velit, nulla eſt. (i)

(a) *§. fin. Inſt. de jur. nat. gent. & civ. l. 1. ff. de ſtat. hom.* (b) *in pr. Inſt. de jur. perſon. l. 3. ff. d. t. Connan. 2. com. 1. Donell. 2. com. 9.* (c) *§. ſervi autem Inſt. d. t. l. 5. §. 1. ff. d. t.* (d) *de quibus Connan. 2. com. 2. Revard. 5. var. ult. Pac. 1. q. 22.* (e) *in fin. Inſt. d. t.* (f) *d. l. 5. §. 2. d. t. Inſt. de ingen. Connan. 2. com. 11. & ſeq. qui natalibus à principe reſtitutus eſt, vel ingenus judicatus eſt, non tam ingenuus eſt, quam pro ingenuo habetur.*

*vid.*

vid. Donell. d. lib. 2. c. 16. (g) quid differant liberti & libertini vid. Wesenb. ad Rub. Inst. de libertin. (h) Connan. d. lib. 2. c. 6. Donell. c. 12. & seq. & t. t. Inst. de libert. (i) t. t. ff. qui & à quib. & t. t. Inst. qui & quib. ex caus.

## Hinc quæritur. I.

*An aliquis servus sine domino esse possit? N. §. servitus Inst. de jur. person. Pac. 1. q. 21. Hotom. 3. Obs. 19.*

II.

*Statuliberi an servis annumerandi? A. l. 9. l. 16. l. 25. 29. ff. de statulib. vid. Revard. 2. Var. 11. Cujac. 1. Obs. 37. Pac. 7. q. 56.*

III.

*An adscriptitij? Crebrius in jure id fieri puto. l. ne diutius l. fin. C. de Agric. & censit. lib. 11. Donell. 2. com. 9. Connan. 2. com. 10. DISS. Hakelman. illust. quæst. disp. 1. th. 14. lit. b. Treutl. 1. disp. 2. th. 2. lit. d.*

IV.

*An promittens hominem, solvendo statuliberum, liberetur? A. l. 9. §. pen. ff. de statulib. Cujac. tract. 7. ad African. ad l. 38. ff. de solut. vid. Ant. Fab. 2. conj. 15.*

An

V.

*An parentes vel consanguinei, seipsum vendentem possint vindicare? N. arg. l. 7. §. 2. ff. de cap. minut. Accurs. in §. servi autem verb. major. Inst. de jur. person. quem sequuntur Dd. commun.*

VI.

*Apud legatum proconsulis an manumissio fieri possit? A. l. 17. ff. de manumiss. vind. Donell 17. com. 8. Pac. 1. q. 46.*

VII.

*An collega possit apud collegam manumittere? N. l. 19. §. 1. ff. d. t. Cujac. 7. Obs. 17. Gœdd. ad l. 173. n. 3. ff. de V. S. Gilbert. Reg. 1. ἐνωτ. 29.*

## COROLL. I.

An error jus faciat? *N. Vulte. de caus. jus constit. pag. 67.*

II.

An princeps subditis bona aut jus quæsitum, nullo refuso pretio auferre possit? *N. Fachin. 8. controvers. 63.*

III.

An principis committendum arbitrio

bitrio contractum cum subditis initum servare aut rescindere? *N. Abbas Panorm. in c. 1. extr. de probat.*

IV.

An princeps subditos, aut dominus vasallos invitos alienare possit? *N. Pet. Hegi. q. 19.*

## PARERG. I.

Vter ex duobus regijs filijs, quorum alter ante, alter post adeptum à patre regnum natus est, in regno præferendus sit?

II.

Iudex an debeat judicare secundum conscientiam, an verò secundum acta & probata?

*EPIGRAMMA*

AD ORNATISSIMVM
& Doctiſsimum,

*Dn. IOACHIMVM BRAMBER*
*de juſtitia & jure diſputantem.*

PRogeniem ecce ſuam jovis indulgentia terris
Aſtræam, auguſtâ de ſuper arce dabat.
Mortales latuit precium: facinuſq; renaſcens
Deſertos profugam juſſit adire deos.
Quid mirum, ſi nunc eadem, BRAMBERE, prophanum
Vulgò pro dio numine nomen habet?
Vulturiitamen ut rabies nil linquit inauſum:
Quã metuo, ſimplex hoc luat integritas!

*Iani Gulovi Pritzlücenſis.*

*LIBRI PRIMI*

# Disputatio II.

*DE*

## SECVNDA PERSONARVM DIVISIONE,

potestate Patria, ejusq; constituendæ modo primo, Nuptijs sive Matrimonio.

*Respondente*

IOANNES GVLOW,
è Prignisis Pritzlücens.

*ROSTOCHII*
*Literis Reusnerianis Anno 1601.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0055
DFG

# Thesis I.

SEcunda personarum divisione, alij homines sunt sui juris, alij alieno juri subjecti. (a) Qui alieno juri subjecti sunt; sunt in potestate aut dominorum, ut servi (de quib. disputat præced.) unde potestas dominica; (b) aut parentum, ut liberi, unde potestas patria; quæ est propria civium Romanorum, (c) ex qua etjamnum hodie propter nimiam paupertatem, egestatemq; victus causa, patri liberos suos, etjam sanguinolentes, id est recens natos, (d) alienare permissum est. (e) Primus autem & potissimus, (sunt & alij, de quib. disputat. seq.) ejus constituendæ modus, sunt Nuptiæ sive matrimonium; quod est, ut Imp: (f) definit, viri ac mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem continens: vel, secundum ICtum, (g) conjunctio maris & fœminæ, & consortium omnis vitæ; divini & humani juris communicatio.

(a) *in pr. Inst. de ijs qui sui vel alien. jur. l. 1. ff. eo.* (b) *d. pr. & d. l. 1. quæ etjam vitæ & necis potestatem dominis in servos liberè tribuebat: Sed tamen ea posteriorum Imperatorum constitutionibus coarctata est. §. in potestate. Vbi Dd. inst. d. t.* (c) *t. t. Inst. & C. de pat. potest. l. 3. ff. d. t. vid. infr. q. 1.* (d) *Sic illud verbum, sanguinolentos, rectè interpretamur. ut in Rubr. t. 52. lib. 8. C. Cujac. ad t. C. de patr. qui filios distrax. Gilb. Reg. 1. ἕνευτ. 21. DISS. variè Dd. illud verbum de patre interpretantes, pro ut eos refert. Covarr. 3. resol. 14. n. 4.* (e) *l. 2. C. d. t. idq; non tantum in venditione, sed & in pignoris datione admittendum est. gl. commun. recepta in d. l. 2. Nec id omnino alienum esse à paterna pietate. ex Nehem. c. 5. ostendit Covarr. d. n. 4. in pr.* (f) *in pr. Inst. de patr. potest.* (g) *l. 1. ff. de rit. nupt. De quibus definitionibus vid. Donell. 13. com. 18.*

## Hinc quæritur. I.

*An potestas patria sit jurisgentium? N. Inst. de pat. potest. in pr. ubi Vulte. n. 15. DISS. Connan. 2. com. 13. n. 2. Vacun. declar. 8. & declar. 50. n. 2.*

## II.

*An ea apud Rom. gravior fuerit dominica? N. cum Vulte. ad. d. pr. n. 2.*

Nec

III.

Nec obest illa, quò minus filius judex esse possit l. 9. D. de his qui sunt sui vel alien. jur. Loriot. in apic. jur. de consanguin. axiom. 33. & seqq.

IV.

Mater possitnè ob nimiam egestatem liberos distrahere? de jure N. cum Cujac. in tit. C. de pat. qui fil. distrax. & ibid. Sich. n. 8.

V.

Num etjam pater ob aliam quàm famis necessitatem? A. Sich. d. loc. n. 9. Harpr. in §. est & inter. n. 6. & seq. Inst. de publ. jud. DISS. Covarr. 3. resol. 14. n. 4. vers. tertiò.

VI.

An etjam patri liceat filium clericum vendere? A. contra Cc. communiter. in c. indecorum extr. de ætat. & qual. Covarr. d. n. 4. vers. quartò.

VII.

An filius sic venditus à patre efficiatur verus servus? N. l. 2. C. eo. tit. Ioann. Fab. in l. 1. eo. Sich. d. loc. n. 12.

VIII.

*Imò si pater feliciorem nactus fuerit fortunam, filius cogere ipsum potest, ut eum redimat. arg. d.l. 2. & arg. eorum quæ tradit. Dec. in l. 122. n. 3. ff. de R.I. Covarr. d. n. 4. vers. quintò.*

IX.

*An matrimonium sit actus legitimus? N. per t.t. extr. de condit. appos. contra P. Fab. in l. 77. n. 36. ff. de R.I. Thoming. decis. 10. num. 2. vid. Covarr. de Sponsa. p. 1. c. 3. in pr. num. 3. pag. 145.*

## THESIS II.

Contrahuntur autem justæ nuptiæ, secundum præcepta legum, (a) quæ ad duo capita revocari possunt, nimirum ad modum contrahendi, & ad personas jungendas. (b) Quo ad modũ, contrahuntur nuptiæ nudo consensu, (c) non solùm eorum qui conjunguntur, verumetjam parentum, in quorum sunt potestate; id enim fieri debere, & civilis & naturalis ratio suadet. (d) Hinc (quia consensui nihil tam contrarium quàm metus, (e) atque error) (f) matrimonium metu, modò cadat in constantem virum, initum, nullum est, (g) & error si

sit in

fit in persona, stricto jure (tametsi copulâ secutâ rectius facturus sit, qui eo non utatur)(b) illud vitiatur, (i) si in accidenti non facile. (k)

(a) *in pr. Inst. h. t.* (b) *Vulte. ad d. pr. num. 1. in fin.* (c) *l. 30, ff. de R. I. Nov. 74. c. 4. in pr.* (d) *d. pr. Inst. h. parentum, intellige patris, avi, quorum sunt in potestate. Vnde matris & cognatorum consensus, ratione civili non requiritur. l. 18. ff. de rit. nupt. l. 1. C. eod. Sicut nec patris in filio emancipato. l. 25. ff. d. t. Wesenb. ad d. pr. Inst. num. 5.* (e) *t. t. ff. quod met. caus.* (f) *l. 15. ff. de jurisdict.* (g) *c. 2. extr. de eo qui duxit in matrim. ubi Abb. Panorm. c. 14 extr. de Sponsal. Covarr. de matrim. p. 2. c. 3. §. 5. num. 6.* (h) *Vulte. ad pr. Inst. h. num. 26.* (i) *c. 26. extr. d. t. c. quod autem. 29. quæst. 1.* (k) *d. c. quod autem. Vulte. d. loc. num. 18. vid. Covarr. d. c. 3. §. 7.*

## Hinc quæritur. I.

*An consensus parentum de Iur. Can. sit de substantia matrimonij? A. Can. 1. 3. q. 5. Can. honorantur. c. ult. 32. q. 2. Borch. in tr. de grad. Moller. 1. Semest. 47. Reusner. 1. decis. 2. num. 8. & seqq. DISSENT. Cc. communiter.*

II.

An de Iure Civili? A. in pr. Inst. de nupt. l. 2. ff. eo. Borch. d. loc. DISSENT. Anton. Guib. 1. q. 12.

III.

An consensui æquipolleat Ratihabitio? N. d. pr. Inst. ubi Vult. n. 20. & 21. DISSENT. ibid. VVesenb. n. 8.

IV.

Deductio in domum an requiratur ad essentiam matrimonij? N. l. 30. ff. de R. I. Donell. 13. comm. 20. DISSENT. Pac. 5. quæst. 47.

V.

An matrimonium absq. parentis consensu contractum, secuta copula, ad patris petitionem dissolvi possit? de stricto jure A. cum Beza in tr. de divort. pag. 144. & seqq. vid. Dn. Cothman. consil. 1. n. 198. & seqq. ubi plenè.

VI.

An filiæ dos debeatur, quæ inscio patre nuptias contrahit? Regul. N. per Novell. 115. cap. 3. §. 11. Obrecht. in Disp. de patrimon. mul.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0071
DFG

*mul. thes. 81. & seqq.* DISSENT. *Fach. 3. Controvers. 45.*

*VII.*

*Qui cum vitiata ab alio, ignorans matrimonium contrahit, an re postea comperta eam retinere cogendus sit? N. Deuteron. 22. vers. 20. 21. Beust. de matrimon. cap. 34.* DISSENT. *Cc. & VVesenb. in parat. D. de rit. rupt. n. 8.*

*VIII.*

*An dolus vitiet matrimonium? N. cum Gail. 2. obs. 93. n. 11. Reusner. 1. Consult. 7. post gl. in c. fin. 20. q. 3. & in c. cum dilectus. de his quæ vi &c. VVes. in parat. h. n. 8. Covarr. de Spons. p. 2. cap. 3. §. 7. n. 4.*

## THESIS III.

Quo ad personas, in Rep. Rom. nuptias contrahunt, quæ habent Ius connubij, (*a*) quales sunt cives Rom. masculi quidem puberes, fœmiuæ autem viripotentes, sive patres familiarum sint, sive filijsam. (*b*) dummodò expresè non prohibeantur, ratione vel cognationis, vel affinitatis. Cognationis ratione omnes in linea recta existentes prohi-

bentur infinitè: (c) in transversali item inter eas, quæ sibi invicem parentum & liberorum loco sunt, prohibitio locum habet: (d) cæteræ, quæ intra quartum (e) gradum sunt, à conjunctione excluduntur. Affinitatis ratione, ij tantum (quum inter cognatos mariti & uxoris affinitas nulla sit) (f) qui parentum itidem & liberorum sibi invicem loco sunt, etiam affinitate morte alterius extincta, (g) jungi prohibentur.

(a) *Vlpian. in fragm. tit. 5. Vulte. ad pr. Inst. h. n. 3.* (b) *d. pr. Inst.* (c) *§. ergo non omnes eo. l. 53. ff. eo. l. nemini C. eo. & t. t. C. de incest. & inut. nupt. Quod & in cognatione legali, licet adoptio finita sit, locum habet. d. §. ergo non omnes in fin. Cur autem pater filiam adoptivam, licet emancipatam ducere uxorem non possit, frater verò possit sororem adoptivam, dissoluta emancipatione, vid. Thom. Lin. ad §. inter eas quoq; & ibid. Wesenb. n. 5. h. t.* (d) *d. §. inter eas.* (e) *§. fratris verò. Vbi Wesenb. Vulte. & alij eo. Althus. 1. IP. 39. Reusner. 1. consultat. 3. n. 45. & seq.* (f) *§. 6. Inst. h. Vulte. 1. IP. 18. n. 17. Vnde duo fratres, duas sorores in matrimonio habere possunt.* (g) *§. affinitatis. Vbi Dd. eo. vid. Donell. 13. com. 19.*

## Hinc quæritur. I.

*An duorum fratrum liberi jungi possint?*

*A. §.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0075
DFG

*A. §. duorum autem. ubi Dd. Inſt. h. DISS. Theoph. ibid. Cont. 2. ſubſec. lect. 1.*

*II.*

*An computatio graduum Canonica valeat? N. cum Beza in tr. de divort. & repud. in pr. DISS. Cc. quos ſequitur Duar.*

*III.*

*In gradibus jure divino prohibitis diſpenſationem non admitto, cum Beza d. tr. pag. 75. & ſeqq. vide Panorm. in c. quod dilect. extr. de conſang. & affin. Covarr. de matrim. p. 2. c. 6. §. 9. n. 10.*

*IV.*

*Sponſam fratris prædefuncti, an uxorem ducere poſſim? N. c. ad audientiam & c. ſponſum extr. de ſponſ. VVeſ. ad §. 7. in fin. h. t. DISS. Beza d. t. pag. 87.*

*V.*

*Nec vitricus privigni ſui viduam? l. 15. D. de rit. nupt. l. 4. §. 7. D. de grad. Beza d. tr. pag. 83. DISSENT. Cc. vid. Beuſt. de matrimon. c. 53.*

*Ex con-*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0077
DFG

*VI.*

*Ex coitu illicito an contrahatur affinitas? N. per l. 4. §. 7. D. de grad. Beza pag. 63. DISS. Cc. & Coraſ. 1. Miſcel. 3. n. 1. & 2.*

## THESIS IV.

Diſſolvitur denique matrimonium ritè contractum (quod enim ante nullum eſt, diſſolvi nequit; adeò ut ſi adverſus legum præcepta aliqui coierint, nec vir, nec uxor, nec matrimonium, nec dos intelligatur) (a) præter terminum humanæ vitæ, mortem ſc: (b) divortio: (c) cujus cauſæ, licet plures Iure Civili (d) receptæ ſint; ex Dei verbo tamen adulterium, (e) & malitioſam deſertionem, (f) veras & ſolas cauſas eſſe, plærique (g) rectè adſtruunt.

(a) *§. fin. Inſt. de nupt. Ius Canon. contrahentes inceſtas nuptias ipſo facto excommunicationi ſubjicit. clem. unica de conſang. & affin. Lin. in d. §. fin. de jure civ. quæ ſit inceſtarum nuptiarum pœna, vid. t. t. C. de inceſt. nupt.* (b) *l. 1. ff. de divort. & repud.* (c) *t. t. ff. & C. de divort. & repud.* (d) *vid. l. 1. ff. d. t. l. conſenſu C. eo Vulte. 1. IP. 21.* (e) *Matth. 5. & 19. Luc. 16. c. ex literis c. ſignificaſti extr. de divort.* (f) *1. Corinth. 7. DISS. Pac. diſp. Inſt.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0079
DFG

disp. Inst. 2. th. 26. (g) Treutl. 2. disp. 6. th. fin. vid. Althus. 1. IP. 39.

## Hinc quæritur. I.

*Divortio ob adulterium facto, an parti nocenti alteri se jungere rursum liceat? N. cum Dd. commun. contra VVesenb. in parat. de divor. in fin.*

*II.*

*Ergò licebit innocenti, contra Canonist.*

*III.*

*Mulier adultera an amittat dotem? A.l. 8. §. 4. & l. 5. C. de repud. Covarr. de spons. p. 2. c. 7. §. 6. n. 1.*

*IV.*

*Osculum impudicum an præbeat adulterij commissi præsumptionem? N. Novell. 117. c. 8. Harprecht. ad §. item l. Iul. de adult. n. 10. & seqq. Inst. de pub. jud. vid. Covarr. d. §. 6. n. 3.*

An

V.

An maritatus cum soluta congrediens adulterum committat? de Iur. Civ. N arg. l. 6. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. l. 101. in pr ff. d. V. S. Harpr. d. loc. n. 5. & 6. DISSENT. Menoch. de arb. jud. cas. 420. n. 105. & seqq.

VI.

An in meretrice nupta adulterium sit? N. l. 22. l. 29. C. de adult. Gœdd. ad l. 46. §. 1. n. 5. D. de V. S. DISS. pac 7. q. 63.

VII.

An sterilitas uxoris sit legitima divortij causa? N. cum Cujac. ad Novell. 22. DISSENT. Malescot. in tr. de Nupt. c. 8.

VIII.

Maritus an possit uxorem notoriè adulteram domo expellere? N. cum Franc. Marco. p. 1. decis. 514. n. 22. Covarr. d. p. 2. c. 7. §. 4. n. 15. DISS. Panorm. in c. fin. extr. de adult.

Corol-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0083
DFG

# Corollaria.

I.

Polygamia an omni Jure prohibita? Aff. *Covarr. de matrim. p. 2. c. 3. §. 3. num. 1.*

II.

Conditione, si papa dispensaverit, matrimonio adjecta, an dispensatione secuta absque novo consensu, sit matrimonium? A. *Fach. 3. controvers. 36.*

III.

An ebrius matrimonium contrahere possit? N. *sub distinct. Covarr. d. p. 2. c. 2. num. 10.*

IV.

Infidelitas superveniens an sit justa causa repudij? N. *Covarr. d. p. 2. c. 7. §. 4. num. 9.*

V.

An Christianus Judæam uxorem ducere possit? N. *Donell. 13. com. 19.*

Civilis

Civilis Sapientia res est sanctissima, & precio nummario non æstimanda *l. 1. §. 5. D. de extraord. cognitionib.* Neminem siquidem IN PAVPERTATE VIVERE, AVT IN ANXIETATE MORI Leges nostræ permittunt. *Novel. 1. in Epilog.*

*Disputatio III.*

*LIBRI I. INSTITVTIONVM*
*Imperalium*

DE

# LEGITIMATIONE ET ADOPTIONE, MODIS NIMIRUM reliquis patriæ potestatis constituendæ, cum modis ejusdem dissolvendæ

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,
Osnaburgensis Westph.
*In celeberrima Rostochiens. Academia*
*Respondebit*
Arnoldt Stedinghk/
Holsatus

*Loco horisq; solitis, ad diem 27. Maij.*

ROSTOCHI
Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0089
DFG

# Thesis I.

LEgitimatio est legis actio, qua liberi naturales, ex ea, cum qua jure connubium subsistere potuit, susceptí, efficiuntur legitimi. (a) Ejus modi communiores hodie sunt duo; Subsequens matrimonium, & rescriptum Principis, (b) vel ejus cui Princeps eam potestatem nominatim dedit, qui hodiè Comes Palatinus appellatur: (c) Hoc modo tunc utimur cum non extant legitimi liberi (d) & si muliere libera filij naturales progeniti sint. (e) Priori, etjam extantibus legitimis, (f) atque etjam hodiè (g) si ex ancilla manumissa & in matrimonium ducta procreati sint. Erat olim & alius modus legitimandi, per oblationem curiæ (h) qui mutata Reibubl. forma exolevit.

(a) *vid. vult. 1. IP. 23. Donell. 2. com. 21.* (b) *Nov. 74. & 89.* (c) *Vult. ad §. fin. n. 7. Supr. de nupt.* (d) *d. Novell. 74. c. 1. ubi Cujac. & Novell. 89. c. 9. Donell. d. loc.* (e) *Cujac. d. loc.* (f) *d. Novell. 74.*

in pr. & Novell. 89. c. 8. Cujac. d. loc (g) Novell. 18. c. fin. Vulte. ad d. §. fin. n. 6. Inst. d. nupt. (h) d. Novell. 89. c. 2. & seqq. vid. Donell. d. loc.

## Hinc quæritur. I.

*Ad legitimationem an requiratur consensus liberorum? A. Novell. 89. c. 11. in pr. Donell. 2. com. 21. in pr. Fach. 3. controverſ. c. 54.*

*II.*

*An legitimentur filij per subsequens matrimonium etjam absq; dotalibus instrumentis? A. cum Donell. d. loc. Fach. 3. controverſ. 51.*

*III.*

*Matrimonium intermedium an legitimationi liberorum ante susceptorum officiat? N. cum Forster. in tr. de succeſsion. ab Inteſt. lib. 6. c. 23.*

*IV.*

*Vtrum filio mortuo ante matrimonium secutum, nepotes ex eo legitimentur per subsequens matrimonium. A. arg. l. si filium ff. de grad. Fach. d. lib. 3. c. 56.*

An

V.

*An taliter legitimati succedant in feudis? A. c. tanta extr. qui filij sint legit. & ibi Cc. Hartman. Pistor. lib. 2. quæst. p. 2. q. 41. DISS. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 94.*

VI.

*Quid si verba investituræ ita sint concepta: CONCEDIMVS TIBI ET FILIIS EX TE LEGITIME NATIS FEVDVM? Idem adhuc placet Pistor. d. q. 41. n. 20. & seqq.*

VII.

*Quid si legitimati per rescriptum principis? Tum eos succedere Regulariter. N. cum Pistor. d. p. 2. q. 40. n. 39. & seqq.*

VIII.

*An legitimatio à Principe, vel Comite Palatino, etiam non citatis cognatis vel agnatis, fieri possit? A. cum Gail. 2. obs. 142. n. 1. & seqq.*

IX.

*Comites Palatini an actum legitimandi alij demandare possint? N. cum Treut. 1. disp. 2. th. 6. in fin.*

## THESIS II.

Adoptio est actus legitimus (a) quo quis patremfam. vel filiumfam. non contradicentem (b) autore patre (c) vel curatore (d) (nonnunquam etjam filio, qui est in potestate adoptantis, si quis in locum nepotis ex eo filio adoptetur (e) ) sibi adserit in locum filij vel nepotis naturalis & legitimi. (f) Species ejus duæ sunt adoptio in specie sic dicta, & arrogatio. (g) Hac patersam. illa filiusfam. adoptatur, (h) hæc fit autore se ipso, illa autore patre, (i) hæc causæ cognitionem & rescriptum principis requirit, (k) illa actis publicis contenta est. (l) Effectus utriusque olim idem penè fuit: hodie arrogatio antiquum obtinet. (m) Adoptio nisi ab ascendente quopiam parente fiat, familiam non mutat. (n) sed & illud utriusque commune est quod ij qui generate non possunt, quales sunt spadones, adoptare postunt, castrati non possunt, (o) sicut nec fœminæ, nisi in solatium liberorum amissorum, (p) nec minores, qui 18. annis adoptandum non præcedunt. (q)

(a) *Cujac. in parat. C. h. & 26. obs. 7.* (b) *l. 5. ff. h. t.* (c) *d. l. 5.* (d) *l. 8. eo vid. Cujac. d. c. 7. Connan. 2. com. 15. n. 6. in fin.* (e) *§. sed si quis Inst. h. t. l. 6. ff. eo.* (f) *Cujac. in parat. C. h.*

C. h. Donell. 2. com. 22. (g) in pr. Inſt. h. (h) d. pr. l. 2. in pr. eo. (i) l. 5. eo. (k) d. pr. & d. l. 2 l. 15. §. pen. l. 17. eo. (l) l. fin. C. eo. (m) l. pen. §. fin. C. eo. (n) d. l. pen. in pr. §. ſed hodiè Inſt. eo. (o) §. ſed & illud Inſt. h. l. 2. §. 1. ff. eo. (p) §. fœminæ Inſt. h. l. 5. C. eo. vid. Donell. 2. com. 22. (q) §. minorem h. l. 15. §. fin. cum l. ſequent. l. 40. §. 2. ff. eo. rationem vide apud Donellum d. loc.

## Hinc quæritur. I.

*Adoptio ſit ne Iuris Civilis vel gentium? Illud A. cum V Veſenb. in parat. h. n. 2.*

*II.*

*An apud legatum proconſulis adoptio fieri poßit? A. arg. l. 17. ff. de manumiß. vind. junctа l. 2. in fin. & l. 3. ff. de offic. proconſ. Donell. 17. com. 8.*

*III.*

*An adoptio ex ignobili nobilem faciat? N. cum Cujac. in lib. 36. Q. Papin. ad l. 13. ff. h. t.*

*IV.*

*Quid igitur ſi nobilis ſe det in adoptionem plebeio, an deſinit eſſe nobilis? N. contra Cujac. d. loc. per l. 35. ff. h. t.*

V.

*An infans arrogari possit? Quod puto. arg. §. cum autem Impubes. Inst. h. t. l. 2. C. eo. vid. gl. in l. 2. in pr. ff. eo. Connan. 2. com. 15. n. 5. DISS. VVesenb. in pr. h. n. 4.*

VI.

*An absens permittente principe? N. l. 24. ff. h. t. arg. l. nec avus C. de emancip. lib. Ant. Fab. 9. conj. 9. pag. 170. DISS. Bart. in d. l. 24.*

VII.

*An pupillus possit à tutore arrogari? N. l. 17. in pr. h. t. ubi Balduin. in not. Cujac. 2. obs. 38.*

VIII.

*An mulier quæ liberos nunquam habuit etjam adoptare possit. N. cum Theoph. ad §. fœminæ quoquè. Inst. h. t. Donell. 2. com. 22. pag. 110. in fin.*

IX.

*Si stipulatus sim Emphyteusin pro me & liberis meis, an appellatione liberorum veniant Adoptivi? A. contra Dec. Arg. l. 2. ff. si tab. testam. null. extab. l. 10. ff. de senat.*

Quar-

X.

*Quarta omnium bonorum, quæ debetur pupillo arrogato, si decens arrogator eum exheredaverit, vel vivus sine justa causa emancipaverit, sitne omnium bonorum, an debitæ portionis? Illud Aarg. l 17. §. 4. de adopt. l. fin. ff. si quid in fraud. patron. Donell. 2. com. 23. Chiflet. in lib. singular. de port. c. 1. Vaud. 1. q. 29. DISS. Accurs. ad l. 22. in pr. verb. quartam ff. de adopt.*

## THESIS III.

Sic igitur constituitur patria potestas. Dissolvitur rursum, partim ex persona patris, partim ex persona filij. Ex persona patris, morte & emancipatione. Morte non solum naturali (*a*) sed etjam civili, sive amiserit libertatem simul & civitatem, ut servus pœnæ, (*b*) sive civitatum tantum libertate salva, quod contingit deportatis in insulam, (*c*) non etjam relegatis. Emancipatione, consensu parentis & filij (*d*) solenni actu & ritu adhibito, qui veteri sublato (*e*) duplex manst ex constitutionibus, ac proinde duplex Emancipatio, Anastasiana, quæ ex rescripto principis fit, (*f*) & Iustinianea, quæ fit apud quemvis judicem competentem. (*g*) Ex persona filij, itidem

morte naturali & civili (b) ut in patre, (nisi fuerint restituti in integrum, tum enim omnia pristina jura recipiunt (i) ) & dignitate: non tamen quavis, sed ea quæ à curia liberat (k) quæ autem illa sit, est in Novell. 38. & 79. Porro adoptione patria potestas transfertur potius, quam tollitur, cum scilicet aliquis in adoptionem datur, uni ex ascendentibus parentibus. (l) Captivitate etjam non tam solvitur, quam suspenditur jus potestatis. (m)

(a) *in pr. Inst. h. t.* (b) *§. cum autem d. t. Servi pœnæ efficiuntur, qui in metallam damnantur, ad effodiendum parandumq; metallum in fodinis omnis generis. l. 8. §. est pœna. ff. de pœn. quibus comparari hodiè possunt, qui ad Triremes,* auff die Galleen/ *aut opus aliquod publicum faciendum damnantur. Wesenb. ad d. §. cum autem n. 2. An autem & quid differat damnare in metallum, & in opus metalli, vid. text. in d. §. est pœna. & ibi Accurs. & Dd. com. D. Cothman. disp. 9. Coroll. 2. Robert. 1 animad. 28. & 1. not. ad notat. Mercat. 28. Item servi pœnæ efficiuntur, qui bestijs subjiciuntur, depugnaturi in spectaculis publicis cum bestijs, ad voluptatem populi. d. l. 8. §. quicunq;* (c) *d. §. cum aut. vid. infr. quæst. 1.* (d) *§. præterea. & §. fin. eo. Donell 2. com. 26. Connan. 2. com. 14.* (e) *quæ fuerint olim emancipationis solemnia vid. Connan. d. c. 14. n. 4. Vulte. 1. Ip. 24.*

(f) *l. pen.*

(f) l. pen. C. de emancip. lib. (g) l. fin. C. eo. (h) d. §. cum autem vid. Donell. d. c. 26. (i) d. §. & t. t. ff. & C. de sent. pass. & restitutis. (k) Novell. 81. Vulte. d. c. 24. (l) ut dictum in th. præced. (m) §. si ab hostibus Inst. d. t. Loriot. in tr. de morte axiom. 4. DISS. Accurs. in d. §. si ab hostibus. verb. pendet. existimans filium pendente patris captivitate, revera sui juris esse: ad quod Respondet Loriot. d. loc.

## Hinc quæritur. I.

*An deportatione libertas amittatur? N. in pr. Inst. de cap. dimi. Vult. 1. discept. 12. Govean. 2. lect. 11. vid. Revard. 3. var. 5.*

## II.

*An Banno Imperij patria potestas dissolvatur. A. si eorum bona etjam publicentur. per ea quæ tradit gl. in §. cum autem. verb. retinent. Inst. h. t. Sichard. in l. 1. n. 10. C. de hered. Instit. Vnde dicatur Bannum vid. Sichard. d. l. 1. n. 14. Gail. 2. de pac. publ. 1.*

## III.

*An matrimonio? N. arg. t. t. Inst. de nupt. & pat. potest. Tholosan. in Syntagm. jur. lib. 11. c. 10. n. 10. & seqq.*

An

*IV.*

*An exheredatione? N. §. non solum Inst. de pupill. subst. vid. Ant. Fab. 9. conjectur. 10.*

*V.*

*Emancipationem hodiè tacitè præsumi, si pater filium res suas per longum tempus habere sinat? Ajo. cum Vasq. Illust. controvers. cap. 61. n. 7. & 16.*

*VI.*

*An pater possit filium ad unum actum, puta testandi, emancipare, in reliquis eum retinere in potestate? N. cum Iason. in l. 1. §. hoc autem. n. 4. ff. ad SCtum Trebell. & lect. 2. n. 11.*

*VII.*

*Emancipatio Iustinianea an requirat scripturam? A. arg. l. 11. C. de fid. Inst. l. fin. C. de adopt. L. pen. C. de emancip. Pac. ad. d. l. 11. n. 5. & seqq. ubi tres refert Dd. opiniones diversas.*

*VIII.*

*An gradus Doctoratus liberet filium à patria*

patria potestate? N. cum Vult. ad §. 3. n. 6. Inst. quib. mod. solu. pat. potest DISSENT. Dd. com.

IX.

An Monachismus? N. cum Cujac. in parat. C. de eman. lib. Vult. d. §. 3. n. 5. DISS. Costall. in l. lis nulla ff. de jud.

X.

Ex dignitatibus receptis cum liberatur filiusfam. patria potestate, an eo ipso beneficium Senatusconsulti Macedoniani amittatur? N. cum Costal. in l. 1. in fin. ff. ad Macedon. Gail. 2. obser. 131. n. 7. Vulte. d. §. 3. n. 7. DISSENT. Accursius in d. l. 1. in fin.

XI.

An gratia facta deportato, non solum ad pœnam, sed etiam ad bona confiscata, extendatur? N. arg. l. 7. l. 9. C. de sent. pas. & restitut. Prosper. Farinac. quæst. crim. 6. n. 28. DISS. Menoch. 5. præsumpt. 46.

XII.

Sed si bona, gratia Principis, nominatim sint

*sint restituta, an etiam tum sit extensio ad alienata in tertium? N. per Coroll. 2. disp. 1. Menoch. d. præs. 46. n. 9. Farinac. d. q. 6. n. 36.*

# Corollaria.

I.

Vtrum filius clerici legitimari possit à Principe laico, ut in bonis patris succedat? *A. Fach. 3. cont. 59.*

II.

Filius ex coitu damnato & nefario natus, si rescripto Principis legitimetur, an absolutè ac per omnia legitimus efficiatur, & sic, an tantum sit dispensatio, an verò legitimatio? *Hoc A. Fach. 3 controvers. 57.*

An

III.

An Comes Palatinus suos proprios liberos naturales legitimare possit? *N. Gail. 2. obs. 142 n. 6. & seqq.*

IV.

An pactum unionis prolium, Einkindtschafft/ ad instar adoptionis defendi possit? *A. Rick. in tr. de union. prol. c. 3.*

V.

Si quis filium vel filiam emancipaverit, an possit postea movere quæstionem, quasi non ritè emancipaverit, ideoq; emancipatio non valeat? *A. Pac. I. q. 34.*

## PARERG.

Spurij an sint infamia notati?

*Disputatio IV.*

*LIBRI I. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM,*

DE

# TVTELIS, EIVSQVE CONSTITVENDÆ ET DISSOLVENDÆ modis varijs.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,
Osnaburgensis Westph.
*In celeberrima Rostochiens. Academia*
*Respondebit*
IOANNES HAMELMANNVS.
Oldenburg.

*Loco horisq; solitis, ad diem 3. Junij.*

ROSTOCHI
Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0121
DFG

*REVERENDO, CLARISSIMO, nec non doctissimo viro,*

M. IOANNI IVDICI,
Illustris & Generosissimi Oldenburgensium Comitis & Domini, Dn. IOANNIS &c. Verbi Dei ministro aulico dignissimo,

*Nec non*

*Reverendis doctissimisq; viris,*

M. JOANNI DETHMARO, & DN. HENRICO HOPPENIO,

Patronis & affinibus suis omni officiorum genere colendis,

*In observantiæ debitæ pignus*

*D. D. D.*

Joannes Hamelmannus.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0122
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0123
DFG

# Thesis I.

HActenus de personis alieno juri subjectis: Quæ sui juris sunt, sunt vel in tutela, vel in cura, vel neutro jure tenentur. (a) Tutela est vis ac potestas (b) in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem se defendere nequit, jure civili data ac permissa. (c) Hinc personæ quæ in tutela esse possunt, sunt soli impuberes, (d) iique cives Rom. (e) & sui juris existentes (f) Tutores, quasi tuitores ac defensores dicti, sunt qui eam vim ac potestatem habent (g) Cum autem qui in potestate ipse est, alium in potestate habere nequeat, (h) ut hi sint majores 25. annis, exigitur. (i)

(a) *in pr. Inst. h.* (b) *quæ verba pro eodem accipimus cum Donell. 3. com. 1 Theophilus pro verb. VIS, legit JVS, quem sequitur Treutl. 2. disp. 8. thes. 1. lit. b. malè, ut tradit Wesenb. d. pr. num. 2.* (c) *d. pr. & l. 1 ff. eod. Verba autem finalia, data ac permissa, redundare ait Vulte. ad §. 1. n. 6. d. t.*

malè. Rectè tamen hanc definitionem num. 5. defendit contra alios, qui pro Capite libero, ponunt, Libero impuberi, vel pupillo. (d) *Vulte. d. num. 5. Donell. 3. com. 2.* (e) *Servis enim tutor dari nequit. arg. l. si arrogati ff de tutel, §. item finitur. infr. quib. mod. fin. tut.* (f) Hinc filiofam. tutor dari nequit. excepto casu *l. ult. §. minores. C. de sent. pass. & restit. Rick. in tract. de union. prol. cap. 6. num. 24.* (g) *d. pr. Inst. l. 1. §. 1. ff eod.* (h) *L. 21. ff. de adult.* (i) *§. fin. ubi Dd. infr. de fiduc. tut. l. fin. C. de legit. tut.*

## Hinc quæritur. I.

*Tutela sitnè juris civilis? quo ad formam ejo. ex defin. tut. verb. jure civili. Hotom. ad §. 5. enunc. 1. infr. de Attil. tut. & ibid. Vult. num. 1. & seqq.*

## II.

*Rectiusnè definiatur contractus, quàm potestas? N. cum D. Cothman. 1. disput. 8. Coroll. 1. Vid. Cujac. in parat. C. de testam. tutel.*

## III.

*An sit munus publicum? A. in pr. infr. de excusat. tut. ubi Vulte. num. 2. & Dd. commun. l. 9. ff. de his qui sunt sui vel alien.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0126
DFG

*alien. jur. l. 17. §. 2. de excuſ. tut. Pet. Fab. ad l. 2. num. 11. & ſeq. ff. de R. I. Pac. 5. quæſt. 81.*

IV.

*Verba illa in definitione tutelæ poſita, in* capite libero, *an ad tutorem, vel pupillum ſint referenda? Et licet Donell. 3. com. 1. ad utrumq; ea referri poſſe oſtendat: juri tamen convenientius eſſe puto, ea ad tutorem referre, cum Bart. in l. 1. num. 5. ff. h. t. Manzin in tr. de tut. q. 1. pr. num. 13. & ſeq. DISS. Cujac. 21. obſ. 23.*

V.

*Si daretur tutor minor 25. annis, & is dolosè tutelam acceptaret, & nomine geſtæ tutelæ conveniatur, an poſſit reſtitui in integrum? N. arg. l. 9. §. 2. ff. de minor. Cavalcan. in tr. de tut. & curat. in pr. n. 6.*

## THESIS II.

Defertur tutela, aut teſtamento, aut lege, aut à magiſtratu, totidemque modis tutores dari dicuntur: Et hinc tutela alia teſtamentaria, alia legitima, alia dativa appella-

tur. Testamentaria tutela est, quæ testamento alicui delata est jure. (a) Defertur quando parens liberis (b) suis impuberibus, (c) tam natis, quàm nascituris, (d) si modò in ea causa sint, ut si vivo parente nati sint, in potestate ejus futuri sint, neque testamentum rupturi, (e) (Emancipato enim filio non jure dat tutorem, sed si dederit, is tamen confirmandus est sine inquisitione) (f) non tantum purè, verum etiam sub conditione, & ad certum tempus, & ex certo tempore (g) testamento (h) tutores dat. Dari possunt hoc modo tutores, non solùm paterfamilias sed & filius fam. (i) Servus non tantum proprius, sed & alienus: Hic tamen sub conditione Si liber erit, ille sine libertate tutor datus, tacitè libertatem accepisse videtur. (k) Furiosus & minor 25. annis tutor datus, tum tutor erit, cum aut compos mentis, aut major 25. annis factus fuerit. (l)

(a) *Donell. 3. com. 4.* (b) *sine discrimine sexus aut gradus. §. permissum Inst. de tutel. l. 1. in pr. de testam. tut. Nepoti tamen tum rectè dedisse videtur, Si nepos post mortem ejus in patris sui potestatem re casurus non sit d. §. permissum. & d. l. 1 in fin.* (c) *Illos in tutela tantum esse. thes. præced. lit. d. not.* (d) *d. l. 1. § 1 §. si quis filiabus. Inst. eod.* (e) *d. l. 1. § 1.* (f) *l. 4. ff d. t. §. fin.*

§. fin. Inſt. de tutel. (g) l. 8. §. 1. l. 11. in pr. ff. d. t. §. ad certum. Inſt eod. §. ſed ſi usq. §. præterea infr. quib. mod. tutel. finit. Donel. d. c. 4. (h) Teſtamento tutores datos & eos accipere debemus, qui codicillis teſtamento confirmatis ſcripti ſunt. l. 3. in pr. ff. d. t. l. 2. C. eod. (i) in pr. Inſt. qui teſtam. tut. dar. poſſ. l. 9 ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. Loriot in tr. de tutel. axiom. 6. (k) d. pr. Inſt. (l) §. 2. eod. l. 10. §. 3. l. 32. §. fin. ff. eod.

## Hinc quæritur. I.

*Si pater filijs ſuis tutores dederit, an etiam nepotibus dediſſe videatur? N. l. 6. ff. de teſtam. tut. §. fin. Inſt. eod. ubi Dd. vid. Pac. 5. q. 72. Don. 3. com. 4.*

II.

*Si quis filiabus, an etiam poſthumæ? A. l. 5. ff. d. t. §. ſi quis filiabus. Inſt. eod. Obſtare videtur l. 17. in pr. ff. le legat. 1. Pro cujus interpretatione vid. Iaſ. ibid. Gilbert. Reg. 2. ἐναντ. 8. Gædd. in l. 163. num. 2. ff. de V. S. Pac. 6. quæſt. 5.*

III.

*Ignoratus filius, quem teſtator fortè mortuum putabat, an generali filiorum appellatione hîc*

ne hic contineatur? N. l. 16. §. 3. h t. Donell. 3. comm. 4. Piagg. in h. tr. quæst. 12. num. 1.

IV.

Vtrum tutor filio exheredato datus, sit confirmandus? N. l. 10. §. 2. in fin. h. t. Pet. Fab. in l. 73. §. 1. num. 2. ff. de R. I. Cujac lib. 4. Respons. Papin. ad l. 26. h. t. DISS. Hotom. 6. Obs. 5.

V.

Servus proprius testamento tutor datus sine libertate, quam libertatem directam, an fideicommissariam, accepisse videatur? Illud A. §. 1. Inst. h. t. l. 32. in fin. ff. eod. Donel. 3. com. 4. Ant. Fab. 6. conj. 16. DISSENT. Cujac. 18. obs. 5. Vulte. Borch. ad d. §. 1.

VI.

An Servus alienus purè datus, tacitè intelligatur libertatem consecutus? ex benigna interpretatione, propter pupilli favorem, fideicommissariam libertatem eum consequi puto. l. 10. §. fin. ff. d. t. Pac. 5. q. 71. VVesenb. ad pr. Inst. eod. num. 4. vid Connan. 2. com. 4. n. 8.

Minore

VII.

*Minore vel furioso tutore datò, an interim dum ij ad sanam mentem vel justam ætatem perveniant, alius tutor, an verò curator dandus? Illud A. l. 10. §. 3. d. t. VVes. ad §. 2. Inst. eod. DISSENT. Donell. 2. com. 3. in pr.*

VIII.

*An cæcus tutor esse possit? N. arg. l. 3. ff. qui tutor. dar. poss. Accurs. in l. un. C. qui morb. se excus. Donell. d. c. 3. & c. 9. eod. lib.*

## THESIS III.

Intestato parente mortuo (intestatus autem hîc dicitur, non tantum is qui testamentum non fecit, sed etiam qui testamento liberis suis tutores non dedit: quantum enim ad tutelam pertinet, intestatus est) (*a*) agnatis defertur tutela (*b*) Hodiè tamen sicut unâ cum agnatis succedunt cognati: ita jure Novellarum, tutelæ quoque simul curam partiuntur. (*c*) Dicitur ea tutela legitima, quòd sit tutela à jure solo existens, (*d*) & inde tutores legitimi. Et cum ad species horum tutorum ventum est, legitimi tutores olim fue-

runt, patronus, liberivè patroni; parens manumissor, liberivè ejus; item agnati, hodiè etiam, ut dictum cognati, secundum gradus prærogativam: Vnde tutela legitima alia agnatorum, alia patronorum, alia parentum, alia fiduciaria. (e) Ratio autem hujus tutelæ legitimæ est, ut qui sperarent successionem pupilli, ijdem tuerentur bona ne dilapidarentur. (f) Interdum tamen alibi est hereditas, alibi tutela, ut si consanguinea sit pupillo. (g) Fœminis enim tutela non committitur. (h) Excepta hodie matre & avia, si secundis nuptis, SC. Vellejano, & alijs specialibus LL. beneficijs renunciet.

)a) *l. 6. in pr. ff. de legit. tut. §. quod autem. Instit. eod.* (b) *t. 1. Inst. ff. & C. de legit. tut.* (b) *Novell. 118. c. 5. auth. sicut. C. h. t. Wesenb. ad pr. Inst. eod. num. 2.* (d) *Vulte. ad d. pr. n. 2.* (e) *t. 15. 17. 18. & 19. Inst. lib. 1. latè has species explicat Donell. 3. com. 6.* (f) *l. 1. in pr. ff. h. t. & t. Inst. de legit. patron. tut.* (g) *d. l. 1. §. 1.* (h) *l. 26. in pr. ff. de testam. tut. l. 5. §. 8. de admin. tut. l. 1. C. quand. mul. tut. off. Duaren. de tut. c. 3.* (i) *auth. matri & aviæ. cum duabus seqq. & ibi Dd. C. d. t.*

## Hinc quæritur.

*Cum*

I.

*Cum proximus agnatus ex aurea bulla Caroli IV. tutor esse jubeatur heredis Electoralis impuberis, an hoc jus per testamentum ei possit auferri? N arg. l. 55. ff. de legat. 3. Gadd. ad l. 120. in fin. ff. de V. S.*

II.

*An vitricus possit administrare tutelam privigni sui? A. per l. 22. in fin ff de adopt. l. fin C. de contrar. jud. tut. Vbi Accurs Iohan Fab. in Auth. Sacramentum. C. quand. mul.*

III.

*Materi & avia, quæ tutrix esse vult, an specialiter, secundis nuptijs, & legum beneficijs renunciare debeat? Id communiter Dd. placet. arg. l. 4. §. 4. ff. si quis caut. VValther 1. Miscell. 22. Piagg. h. tr. q. 3. n. 31. DISSENT. Donell. 3. com. 3.*

IV.

*An mater tutrix gaudeat beneficio l. 16. ff. de re judicata? A. cum Bart. in l. si quis sub conditione num. 20. ff. de testam. tut. Covarr. 2. resol. 1. n. 3. ubi DISS. refert.*

An

V.

*An mater ob secundas nuptias tutelam amittens, mortuo marito secundo, eam reassumere possit? N. cum Mynsi. 3. Obs. 83.*

VI.

*Sed quid si nuptura deposuerit, non tamen nupserit? Secus erit. Mynsin. d. loc. DISSENT. Io. Fab. in auth. Sacramentum. C. quand. mul.*

## THESIS IV.

Tutela testamentaria & legitima deficiente, succedit dativa, quæ lege permittente datur à magistratu (*a*) competente, qui jurisdictionem & in pupillum, (*b*) & in tutorem (*c*) habet. Deficiunt prædictæ species tutelæ, cum aut tutor omnino nullus est, (*d*) aut spes testamentarij & legitimi pendet, vel quia tutor captus est ab hostibus, (*e*) vel, quia pendet conditio, sub qua in testamento (*f*) datus est. Magistratus enim ex die (*g*) vel sub conditione (*h*) tutorem dare nequit. Porrò sicut varijs modis tutela constituitur: ita rursum varijs dissolvitur, puta pubertate, (*i*) capitis diminutione, pupilli vel pupillæ, licet

minima

minima sit: (k) capitis etjam diminutione tutoris maxima & media, minima enim non nisi (l) legitima tutela perit: morte item naturali tam tutorum, quàm pupillorum (m) &c. De tutorum excusatione, quo modo etjam pro varietate rerum finitur tutela suscepta, & suspectorum remotione, disputat. seq. agemus.

(a) *Donell. 3. com. 7. in pr.* (b) *§. sed hoc jure Inst. de Attil. tut. l. un. C. ubi pet. tut.* (c) *l. 3. ff. de tut. vel curat. dat.* (d) *in pr. Inst. d. t.* (e) *§. ab hostibus eo.* (f) *§. sed & si. eo.* (g) *l. actus 77. ff. de R. I. vid. Donell. d. c. 7. circ. fin.* (h) *l. 6. §. 1. ff. de tutel. Rationem vid. apud Loriot. in tract. de tutel. axiom. 9. Donell. d. c. 7. in fin. Vult. ad §. 3. num. 2. supr. qui testam. tut. dar. poss.* (i) *in pr. Inst. quib. mod. tut. fin. Donell. d. lib. 3. c. 14. l. 1. C. quand. tut. vel cur. eff. desin.* (k) *§. item finitur Inst. eo. quia sc. transit in alienam familiam, nam is qui sui juris amplius non est, tutorem habere nequit. per dicta supr. in th. 1. lit. f.* (l) *d. §. item finitur. ubi vid. rationem ejus apud Dd. & Donell. d. c. 14.* (m) *d. §. Donell. d. loc.*

## Hinc quæritur I.

*Tutoris datio sitnè imperij, vel jurisdictionis? Vtrumq; N. Et ei soli, cui hoc nomina-*

minatim dedit, vel Lex, vel SCtum, vel princeps, cum ICto, competere A. in l. 6. §. 2. ff. de tutel. Fac. 5. q. 69. Bronch. 1. assert. 13. DISS. Accurs. in d. §. 2. Ias. in l. 1. n. 6. ff. de jurisdict.

II.

Igitur nec eam demandari posse. A. l. 8. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Loriot. in tr. de tutel. axiom. 21. & seqq. vid. Ias. in l. 1. n. 66. ff. de off. ejus DISS. Accurs. in d. l. 8.

III.

Si pupillus ratione domicilij & bonorum diversos judices habeat, uter illorum, in datione tutoris præferatur? Judicem domicilij præferendum puto cum Bart. in l. 27. ff. de tut. & cur. dat. per l. propter litem §. licet ff. de excus. tut.

IV.

An judex ex officio, nullo petente, tutorem dare possit? A. l. 1. ff. de jurisdict. Franc. de Caldas in l. si curatorem in pr. n. 25. & 76. C. de in integr. restit. DISS. Loriot. d. tr. axiom. 23.

V.

Non municipem, municipi tutorem dari

*dari posse. A. l. 10. ff. de tutel. Cujac. in tit. C. qui dar. tut. vel curat. poss. pag. 393. Pac. 5. q. 70.*

VI.

*Surdus, cæcus, vel mutus, post susceptam tutelam factus, an eo ipso tutor esse desinat? N. l. 16. ff. de auct. tut. l. 40. ff. de excus. tut. Donell. 3. com. 14.*

# Corollaria.

I.

Tutoris confirmatio eo demum casu requiritur, quo tutor perperam datus est. *Ant. Fab. de error. pragmat. Decad. 3. Err. 10.*

II.

Fit ea confirmatio à judice ordinario: Si autem pupillus immediatè imperio sit subjectus, ad Cameram ea spectat. *Pet. Frid. Mindan. lib. 1. de process. Cam. cap. 12. §. 2.*

Mater

III.

Mater si liberis testamento tutores dederit, an ij confirmandi sint? Si liberos etiam heredes simul instituerit, *A. Cujac. ad l. 4. C. de testam. tut.*

# PARERGA.

I.

An filius studijs à patre dicatus, ex hereditate communi, mortuo patre, alendus, quo ad cursum studiorum absolvat?

II.

Æs alienum in vita patris occasione studiorum contractum, an ex communi hereditate solvendum?

*Disputatio V.*

*LIBRI I. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM,*

DE

# CVRÆ PROPRIIS, EIVSQVE CVM TVTELA communibus

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis Westph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia*

*Respondebit*

CHRISTIANVS OMICHIVS

Rostochiens.

*Loco horisq; solitis, ad diem 17. Junij.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0155

DFG

CLARISSIMO ET EXCELLENtissimo viro,

DN. IONÆ CARISIO,
Regiæ Majestatis Daniæ oratori,
Doctori Medico.

*Dn. patrono, fautori & studiorum promotori suo plurimum colendo.*

Has studiorum primitias in debitæ observantiæ pignus

D. D.

*Christianus Omichius*
*Respondens.*

# Thesis I.

CVra, quæ eadem & curatela (a) itemcuratio (b) dicitur, est potestas curandi puberis, qui sua negotia tueri non potest. (c) Qui hanc potestatem habent, curatores appellantur. Sua autem negotia quis tueri non potest, vel quia nondum est ejus ætatis, ut satis prudenter ea administrare possit, quales plerunque sunt minores annis 25: (d) Vel quoniam, licet illius ætatis sit, ut administrare possit, aliud impedimentum, cujusmodi est furor, prodigalitas, aut morbus perpetuus, cujusmodi est in muto & surdo, & in his, qui laborant morbis sonticis, etjam natu majoribus, subest. (e) Inde cura alia legitima, alia dativa. (f) Legitima datur à lege proximis agnatis, furiosis & prodigis. Dativa datur à magistratu minoribus 25. annis, aut perpetuo morbo laborantibus. Testamento curator legitimè nulli datur (g) datus tamen confirmatur decreto prætoris vel præsidis.

(a) *Vult. ad pr. Inst. h. t. num. 2.* (b) *§. furiosi eod. & in pr. Inst. de satisdat. tut.* (c) *Vult. d. num. 2. Et rectè dici potest tutelam & curam utramq; personarum esse, licet non earundem, utramq; etiam bonorum: Tutela est personarum quæ se tueri non possunt. Cura est personarum, quæ se quidem tueri possunt, sed non bona sua. l. 12. §. cum tutor. ff. de admin. tut. l. 31. §. licet ff. de excus. l. 7. ff. de curat. furios. Vult. ad d. pr. nnm. 7.* (d) *In pr. Inst. h. Donell. 3. com. 18. Sunt tamen certi casus, quibus etiam pupilli curatores accipiunt. §. interdum ubi Dd. eod.* (e) *§. furiosi quoq; eod.* (f) *Ulp. in fragm. tit. 12. Wesenb. ad Rub. Inst. h. num. 3. ubi notat omnem curam saltem jure recentiori, videri posse dativam, quia omnis permittitur dari à magistratu.* (g) *d. pr. Inst. h. ubi ejus rationem vide apud Wesenb. n. 2. Vult. n. 12.*

## Hinc quæritur. I.

*An minoribus sanæ mentis etiam invitis curatores dari possint? præterquam ad litem Neg. §. Item inviti. Inst. h. Donell. 3. comm. 18. vid. Revard. 1. var. 17. Cujac. ad l. 1. ff. de minor. & ibi Duar.*

*I I.*

*Si igitur actor sit minor, an ei invito curator*

*rator ad litem dari potest? Aff. d. §. item inviti l. 3. §. si pupillus de tutel. Fachin. 8. contr. 60. DISSENT. Accurs. in d. §. si pupillus.*

*III.*

*An sicuti curator invito ad litem datur, ita etiam datus, invitus hoc munus suscipere cogatur? Aff. l. fin. in pr. C. de admin. tut. ubi Accurs. & Ioann. Fab. DISS. Bart. in d. §. si pupillus num. 2.*

*IV.*

*Prodigo utrum hodie ipso jure bonis interdicatur, an vero per magistratum? Hoc Aff. l. 1. l. 10. l. pen. §. ult. de curat. furios. Gædd. de contr. & committ. stip. c. 7. num. 134. & seqq. DISS. Donell. 13. com. 19. & in l. 6. de V. O.*

*V.*

*An istiusmodi prodigus juramento obligetur? Neg. cum Ias. in d. l. 6. num. 18. & seq. ff. de V. O. Fachin. 2. contr. 64. ubi vid. DISSENT.*

*VI.*

*Si curator datus sit ei, qui revera non sit*

*prodigus, an gesta à tali curatore valeant? Disting. cum Fachin. d. lib. 2. cap. 65. DISS. Accurs. in l. si ab eo ff. de usucap.*

## THESIS II.

Hæc igitur sunt propria curæ & curatorum : Ex communibus tutorum & curatorum est primò eorum auctoritas & consensus. (a) Hic ad curatorem (b) Illa ad tutorem propriè pertinet: Estque consilium & interventus tutorum in negotijs ad pupillum spectantibus: (c) & auctorem esse nihil aliud est, nisi probare illud quod agitur. (d) Statim autem in ipso negotio præsens tutor auctor fiet. Post tempus enim vel per epistolam interposita ejus autoritas nihil agit. (e) Non tamen semper pupillis necessaria est ea auctoritas : ut ecce si quid dari sibi stipulentur, non est necessatia, secus si promittant alijs. Nam meliorem quidem licet eis facere suam conditionem sine tutoris autoritate, deteriorem non aliter quam cũ tutoris autoritate. (f) Et si plures sint tutores, in omni re unius auctoritas sufficit, præterquam si pupillus in adoptionem detur, quod jure fit ex constitutione Antonini (g) adhibita autoritate omnium tutorum, ne in unius sit potestate finire tutelam.

(a) *Rubr.*

(a) *Rubr. ff. de auct. & consens. tutor. & curat.* (b) *Wesenb. in parat. ff. d. t. num. 5. & ad Rub. Inst. h. Vult. ad pr. eod. num. 4. ubi ejus exponunt rationem.* (c) *Vult. d. pr. num. 2. vid Donell. 13. com. 13.* (d) *l. 3. ff. d. t. Donell. d. c. 13.* (e) *§. tutor autem h. t. l. 1. in fin. l. 14. ff. eod. l. 25. §. jussum ff. de acquir. hered.* (f) *In pr. h. t. l. 9 ff. eod. In his tamen quæ facti sunt, pupillus deteriorem suum conditionem facere potest. l. 29. de acq. vel amitt. poss. Thom. Lin. ad d. pr. verb. deteriorem.* (g) *l. 5. C. de autor. præstand. ubi Cujac. in parat.*

## Hinc quæritur. I.

*An minor qui curatorem habet sine ejus consensu obligetur? Neg. l. 3. C. de in integ. rest. minor. Donell. ad l. 101. de V. O. Robert. 1. animadvers. 12. DISS. Cujac. in d. l. 101. Ant. Mercat. 1. not. 12.*

## II.

*An pupillus sine tutoris auctoritate saltem naturaliter obligetur? Neg. nisi factus sit locupletior aut dolo malo in re aliena versatus sit. l. 5. in pr. h. t. l. 59. de O. & A. l. 13. §. fin. de dol. Gœdd. in tr. de contr. stip. c. 7. n. 239. & seq. DISS. Donell. in l. 127. ff. de V. O.*

III.

*Cum tutor in rem suam autor fieri non possit, an contractus inter pupillum & tutorem valeat? Neg. nisi contutoris autoritas interveniat. d. l. 5. in pr. Coras. 6. misc. 14. num. 4. & seq. DISS. Menoch. de arb. jud. cas. 459. num. 10.*

IV.

*Is tamen, qui olim tutor fuit, bona pupilli quondam sui nunc rectè emit, arg. l. 6. h. t. Accurs. in l. 34. §. fin. de cont. emt. Anton. de Gamma decis. Lusitan. 217.*

V.

*Possitnè tutor super rebus pupilli immobilibus transigere, aut eas sine decreto judicis distrahere? Neg. cum Gail. 2. obs. 72.*

VI.

*An tutor sibi ipsi solvere possit? Aff. l. 9. §. sicut ff. de admin. tut. Donell. 3. comm. 19. DISS. Coras. 6. misc. 15.*

VII.

*An ut tutoris autoritas non præcedere, ita*

*ita nec contractum perfectum sequi debeat? Aff. l. 25. §. jussum ff. de acq. her. §. tutor autem h. t. Cujac. 13. obs. 31. D. Cothman. 1. disp. 11. coroll. 1. DISSENT. Hotom. 1. amic. respons. 3.*

## THESIS III.

Deinde ad communia tutorum & curatorum pertinet satisdatio, cum magistratus jubent tutores vel curatores, datis fidejussoribus cavere, rem ejus, cui præsunt, salvam integramque fore. (a) Eaque non præstita, quicquid gesserunt vel litigando, vel alienando, vel bonorum possessionem nomine pupilli agnoscendo, vel alio quocunque modo, ipso jure nullum est, (b) nisi sint tutores vel curatores ex inquisitione, aut testamento dati (c) confirmative. (d) Si tamen ex pluribus tutoribus ita datis unus obtulerit satisdationem causa cognita solus administrabit, vel si plures satis offerant, idoneor præferetur. (e) Non modo autem illi qui satisdederunt, indemnem pupillum servabunt, sed & magistratus, si non omnino, aut non satis idoneè caveri curaverint. (f) Insuper hodiè ab omnibus tutoribus præstandum est juramentum, quo sanctè promittunt, se absque mora pupilli defensio-

nem suscepturos, & omnia quæ in rem ejus sunt facturos; (g) & inventarij, quo describantur omnia pupilli bona mobilia & immobilia, per signa & confinia, cum valore & æstimatione eorundem, confectio.

(a) *In pr. Inst. de satisd. tut. & t. t. ff. rem pup. salv. for. Donell. 3. comm. 11.* (b) *l. 3. l. fin. C de tut. vel cur. qui satis non ded. ubi Cujac. in parat.* (c) *d. pr. ubi ejus explicatur ratio vid. Cujac. ad tit. C. de tut. vel curat. qui satis non ded.* (d) *ut sunt curatores ex testamento confirmati l. 3. de confirm. tut. Hodiè jure novissimo omnes indistinctè tutores vel curatores satisdare coguntur.* In der Policeiordnunge *sub tit.* von der Pupillen vnd Minderjarigen Kinder Tutorn vnd Vormündern. *Idq; sub hypotheca omnium bonorum tutoris vel curatoris* (e) *l. 4 C. d. t. l. 18. de testam. tut. §. sed si Inst. h.* (f) *§. sciendum eod. & t. t. de magistr. conven.* (g) *Nov. 72. c. fin. Mynsi. 6. obs. 39. l. 24. C. de admin. tut. Mynsi. d. loc.*

## Hinc quæritur. I.

*An tutores vel curatores etiam pignoribus cavere possint? Neg. in pr. Inst. h. junct. l. 7. de prætor. stip. V Vesen. ad d. pr. num. 2. ibid. Vult. n. 3. & seq. DISS. Accurs. & Dd. in d. l. 7.*

*Mater*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0175
DFG

II.

*Mater tutrix an teneatur satisdare? Neg. Ioan. Fab. ad l. 3. in fin. C. de tut. vel cur. qui satis non ded.*

III.

*Curator ad litem an teneatur facere inventarium? Neg. Gail. 2. obs. 108. num. 11. ubi vid. DISSENT.*

IV.

*An inventarij confectio per testatoris dispensationem remitti possit? Aff. l. fin. §. fin. C. arb. tut. Moller. 1. semestr. 39. n. 2. & 10. Schurf. cent. 2. cons. 41.*

V.

*Quid si, ut inventarium conficiatur, pupillo expedire animadvertat judex, poteritnè, voluntate testatoris non obstante, tutorem cogere ad inventarij confectionem? Aff. arg. l. 10. de confirm. tut. Clar. in §. testamentum. q. 66. n. 6. Covar. 2. var. resol. 14. n. 4.*

VI.

*An testator inventarium confici prohibens, eo ipso rationes quoq; à tutore exigi vetuisse intelligatur? Neg. Moller. d. c. 39 n. 3. & seqq.*

Impen-

*Impensis autem pupilli, inventarium confici debere verius est, per tradita à Mynsing. 6. obs. 39. n. 7.*

## THESIS IV.

Denique communia tutorum & curatorum sunt excusatio & suspectorum remotio. Excusatio est alicujus justæ causæ allegatio, ob quam ad tutelam vel curam subeundam, quis cogi non debeat. (*a*) Quam allegari oportet re integra, (*b*) & intra tempora definita: (*c*) vel in partem, veluti ab administratione rerum quæ in alia provincia sunt, (*d*) vel in totum, ut ex causis justis, (*e*) puta numero liberorum, administratione rerum fiscalium, absentia Reip. causa, ætate, paupertate, literarum imperitia, artium liberalium professione &c. Suspectorum remotio est, cum qui convincuntur suspecti statim per magistratus, quibus hoc datum est, à tutela vel cura removentur, (*f*) vel etiam antequam eam suscipiant amoventur. (*g*) Suspecti autem postulatio favore pupillorum, minorum & aliorum comparata & prodita est omnibus, etiam extraneis, & nonnunquam mulieribus. (*h*) Quin & eodem favore nemine agente ultro prætori, suspectum quem habet tu-

bet tutorem, removere licet: & ſtatim tutor, qui ſuſpecti poſtulatus eſt, abſtinere debet adminiſtratione, curatore interim dato ad adminiſtrandum: (1) & damnatus ſi ob dolum fit famoſus, ſi ob culpam non æquè: & locus eſt huic actioni, manente non finita tutela. (k)

(a) *l. 1. §. 1. de adm. tut. vid. Weſenb. in parat. ff de excuſ. tut. num. 1. Cujac. in parat. C. ibid.* (b) *l. 2. C. ſi tut. vel cur. falſ. alleg. Cujac. d. loc. excepto caſu ſi tutorem Reip. cauſa abeſſe oporteat. §. item Reip. Inſt. h. t. & t. t. C. ſi tut. Reip. cauſa ubi Cujac.* (c) *§. qui autem Inſt. h. t.* (d) *§. datus autem tutor eod. l. 2. l. 11. C. eod.* (e) *de quibus, præter relatas vid. t.t. Inſt. ff. & C. de excuſ. tut. Weſenb. in parat. ibid. Donell. 3. com. 9. & 15.* (f) *in pr. Inſt. h. t. & t. t. ff. & C. eod. Donell. d. lib. 3. com. cap. 16.* (g) *§. ſuſpectus autem eod. l. 6. C. eod. Donell. d. loc.* (h) *§. conſequens eſt. eod. l. 1. ff. eod.* (i) *§. ſi quis autem ſuſpectus. eod. l. 3. §. 4. ff. eod. l. 7. C. eod. ubi Cujac. in parat.* (k) *Aliter quam tutelæ actioni, cui locus eſt, finita non manente tutela. l. 1. & pen. C. d. t. Cujac. d. loc.*

## Hinc quæritur. I.

*An à tutoris datione, an vero demum à ſententia rejectæ excuſationis appellari poſſit?*

Hoc

*Hoc Aff. §. Qui autem Inſt. h. t. l. 13. in fin. pr. ff. eod. l. 1. §. 1. ff. Quand. appell. Accurſ. in l. 4. l. 7. C. de appell. Hotom. in d. §. Qui autem. enunc. 2. DISS. Cujac. in l. 4. ff. h. t. quem ſequitur Treutl. 2. diſp. 9. θ. 1. lit. b.*

*II.*

*An legitimi tutores idoneis excuſationibus uti poſſint? Aff. d. §. qui autem ubi VVeſenb. & Mynſing. l. 1. C. de legit. tutor. Vult. ad pr. Inſt. h. n. 6. DISS. Cujac. in not. ad Vlp. tit. 11. §. ſi capite Borch. ad d pr.*

*III.*

*An Doctores legum? Regul. Neg. l. 6. §. 12. h. t. Mynſ. ad §. Romæ n. 4. Schneidevv. n. 7. Inſt. eod. DISS. Porc. in d. §. Romæ n. 2. Donell. 3. com. 9. pag. 172.*

*IV.*

*In tutoris Reipub. cauſa abſentis locum, an interim tutor vel curator ſurrogandus ſit? Hoc aff. §. item qui Reipubl. Inſt. h. t. ubi VVeſenb. n. 2. l. 15. ff. de tut. dat. ab his Donell. 3. com. 15. pag. 197. DISS. Treutl. 2. diſp. 8. θ. 3. lit. A.*

*V.*

*Tutori teſtamentario ſe excuſanti, an debeatur*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0182
DFG

beatur legatum ex eo testamento. Neg. l. 32. & seq. ubi Cujac. ff. t. t. Donell. d. lib. 3. com. cap. 9. pag. 178. Sichard. in l. 25. n. 7. 8. 9. & 10. C. de legat.

VI.

Qui tutorem tanquam suspectum accusavit, & suspicionem non probavit, an injuriarum teneatur? Non puto, nisi certum crimen objecerit. arg. l. 13. §. 2. ff. de injur. l. 3. 5. 10. C. eod. vid. VVes. in addit. ad Schneid. in pr. Inst. h. t. Cujac. 20. obs. 8.

VII.

An tutor remotus ob latam culpam fiat infamis? Aff. §. suspectus Inst. de susp. tut. l. fin. C. eod. latè D. Cothman. 1. disp. ult. coron. 2. DISS. VVesenb. Schneid. Nicas. & alij ad d. §. suspectus Alciat. in l. 226. n. 3. ff. de V. S.

# COROLLARIA.

I.

An pupillus & minor, rem sua pecunia emtam, utili vindicatione petere possint? Aff. Donell. 5. com. 2. in fin.

Tutor

II.

Tutor qui tempore susceptæ tutelæ pauper erat & inops, factus postea dives, an ex bonis pupilli ditatus putetur, atque ob id à tutela tanquam suspectus removeri possit?
*Neg. Coras. 3. miscell. 5. n. 6. & seq.*

III.

An tutor teneatur pecuniam pupillarem ad legitimas usuras erogare, vel cum eam ociosam & sterilem reliquerit, vel in suos usus converterit, legitimas usuras ipse præstare debeat?
*Aff. Molinæ: de usur. n. 588. & seqq.*

## PARERG.

Doctores legum, uxores, & liberi eorum, an immunes sint à tributo & reliquis oneribus patrimoniorum, an verò personalium tantum onerum immunitate gaudeant?

*LIBRI SECVNDI*

# Disputatio I.

*DE*

## RERVM DIVISIONE, ET ACQVIRENDO earum dominio.

*Respondente*

IOANNE FVRBORN
Hervordiensi VVestph.



*ROSTOCHII*
*Literis Reusnerianis Anno 1601.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0189
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0192
DFG

# Thesis I.

HActenus de primo juris objecto personis nimirum; ubi qua quæque conditione, quo statu & jure essent, dictum est: sequitur de secundo objecto, REBVS. Est autem REI appellatio latissima, (a) adeò ut vulgo (b) vocabulum transcendeus appelletur, utpote quod ad omne ens & non ens referri queat, hîc autem, id omne, quod neque personarum, neque actionum jus est, significat. (c) Dividunturres in corporales & incorporales. (d) Hæ omnes rursum in res quæ vel extra patrimonium vel in patrimonio nostro habentur. (e) Earum quæ extra patrimonium nostrum sunt, quædam sunt communes, ut aër, aqua profluens, mare & littora maris: (f) quædam publicæ, id est, populi Rom. veluti flumina, portus (g) &c. quædam universitatis, veluti quæ in civitatibus sunt theatra, stadia, & similia: (h) quædam nullius, ut res sacræ sanctæ, & religiosæ. Sacræ sunt,

quæ ritè per pontifices Deo consecratæ sunt, veluti ædes sacræ, quarum, licet dirutæ sunt, locus sacer manet (i) Religiosæ, quæ mortui illatione religioni dicantur. (k) Sanctæ, quæ sanctione aliqua ab injuria hominum, veluti legati, muri, portæ, defensæ atque munitæ sunt. (l)

(a) *l. 5. l. 6. l. 23. ff. de V. S.* (b) *referente Gœdd. ad d. l. 5. in pr. num. 4.* (c) *l. 1. & 2. de stat. hom. & in pr. h. t.* (d) *t. t. infr. de reb. corp. & incorp Wesenb. in parat. de rer. divis. num. 4. Gœdd. d. loc. n. 7.* (e) *in pr. h. t. Quid sit patrimonium, quam varia ejus significatio, vid. Gœdd. d. loc. num. 21. & seqq.* (f) *§. & quidem h. t. l. 2. ff. eo. ubi Duar. Donell. 4. com. 2.* (g) *§. flumina eo. l. 4 §. 1. ff. eo. Donell. d. lib. cap. 3.* (h) *§. universitatis eo. l. 6. §. 1. ff. eo. Donell. c. 4. d. lib.* (i) *§. sacræ eo. d l. 6. §. 3. l. 9. eo. Donell. d lib. cap. 1.* (k) *§. religiosum eo. d. l. 6. §. 4.* (l) *§. sanctæ eo. l. 8. l. 9. §. 3. l. fin. ff. eo.*

vide von hagen hic Bl. Lt. N.

## Hinc quæritur. I.

*An ex flumine publico aquam ducere liceat? si usui publico haud noceat, A. l. 17. ff. de serv. rust. præd. l. 2. ff. de flum. Duar. 1. disp. 52. Forcat. Necyom. Dial. 85. n. 4. Donell. 4. com. 3. in fin.*

Si

II.

*Si duo ſint ejusdem fluminis domini, quorum unus in inferiori parte molendinum habeat, an alium in ſuperiori parte ædificantem, prohibere poßit? N. niſi is ad æmulationem inferioris ædificet. arg l. 1. §. 12. l. 9. ff. de aqu. pluv. arc. Gail. 2. obſ. 69. n. 27. Borch. in c. un. quæ ſint regal. n. 36. & ſeq.*

III.

*An res ſacræ in illicitum genus religionis erogatæ, cedant lucro heredum? N. ſed in meliorem & pium uſum verti debent c. ſemel extr. de R. I. in 6. l. 16, ubi Cujac. ff. de uſufruct. legat.*

IV. vid: von Hagen. d. i. lit. j. hic.

*An unus ex dominis in communem locum purum, cæteris invitis, mortuum inferre poßit? N. §. religioſum h. t. contra Donell. 4. com. 1. Hotom. Mynſ. Borch. ad d. §.*

V. vid: von Hagen ibidē

*In commune tamen ſepulchrum, etiam ſine conſenſu reliquorum, unus ex dominis rectè ſepeliet. l. 41. ff. de relig. & ſumpt. fun. contra Mynſ. Borch. d. loc.*

VI. vide vō uagen 61 bit. H. hic.

*Pœna l. fin. ff. h. t. in murorum, & portarum Violatotes & transcendentes constituta, an tantum ad muros & portas Rom. civitatis, an vero etiam aliorum municipiorum, spectet? Hoc A. l. 8. §. 2. ff. h. t. Gœdd ad l. 5. num. 17. ff. de V. S. DISS. Schneid. ad §. sanctæ Inst. h. t. Menoch. de arb. jud. quæst. cas. 483. n. 5.*

## THESIS II.

In patrimonio nostro dicuntur esse res, in quibus dominium habemus. Dominium & jus cuiq; rei dominandi jure patrimonij. (*a*) Modi ejus acquirendi, sunt aut jurisgentium, aut juris civilis. (*b*) Jurisgentium modi ad quatuor hæc capita revocari possunt, occupationem, accessionem, specificationem, & traditionem. Occupatio complectitur sub se venationem, inventionem, & captionem ex hostibus. Venationis tres sunt species; Venatio bestiarum, propriè ita dicta; piscium, quæ est piscatura; avium, quæ est aucupium. (*c*) Hinc feræ bestiæ, volucres & pisces, & omnia animalia quæ in cœlo, terra ac mari nascuntur, simul ab aliquo capta, sive in suo, sive in alieno

(in

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0199
DFG

(in alieno tamen, dominus prævidens, ingredientem prohibere poterit, ne ingrediatur) statim illius sunt, quoad custodia ejus coërcentur. (d) Inventio est rerum quæ vel nullius unquã fuerunt, ut res in littore maris inventæ, gemmæ, lapilli, &c. (e) Vel quæ aliquando alicujus fuerunt, ejus autem esse desierunt, ut res pro derelicto habitæ, missilia, (f) & thesaurus, qui in suo inventus totus sit inventoris, in alieno repertus fortuitò, dividitur inter dominum loci & inventorem, data verò opera, domini totus est: Idemque est si inveniatur in fiscali, vel publico loco. (g) Capta ex hostibus jure gentium statim nostra fiunt. (h)

(a) *Gœdd. ad l. 49. num. 7. ff. de V. S. & l. 25. num. 7. ff. eo. DISS. variè Dd. prout refert eos Treutl. 2. disp. 20. th. 1. in fin.* (b) *§. singulorum h. t.* (c) *Vulte. 1. ℣P. 70.* (d) *§. feræ h. t. Donell. 4 com. 8. & 9. Duar. ad tit. de acq. rer. dom. c. 2.* (e) *§. item lapilli. h. t. Duar. d. tit. c. 4. Donell. d. lib. 4. cap. 10.* (f) *§. qua ratione. h. t.* (g) *§. thesauros eo. Duar. d. c. 4. Connan. 3. com. 4. Donell. d. lib. 8. cap. 14.* (h) *§. item ea quæ ex hostibus eo. l. 5. in fin. ff. d. t. Quod de capiis in justo ac legitimo bello intelligendum est, quod rite denunciatum est, non in bello injusto ac latrocinio l. 19. §. à piratis l. 24. ff. de capt. & postlim. reversi. can. justum. 23. q. 2. Duar. d. t. cap. 3. Vulte. d. cap. 70. n. 4.*

Hinc quæritur. I. vid. vō Hagen θ. 3. lit. C.

*An venationum prohibitiones, quibus principes & nobiles subditis venationibus interdicunt, juris rationibus suffultæ sint? A. cum VVesenb. in parat. ff. h. t. Gail. 2. obs. 68. Pet. Frid. Mindan. lib. 2. de process. Cam. cap. 36. §. 7.*

II. vid. vō Hagen θ. 3 lit. C.

*An harum prohibitionum transgressores pœna capitali affici possint? Negantium sententiam humaniorem esse puto, cum VVesen. d. loc. Gail. d. obs. 68. n. 10.*

III. vide vō Hagen θ. 3 lit. H.

*Pro re fortuitò amissa, & ab alio inventa, num indicinæ præmium accipi possit? A. licet probè peti nequeat. l. 43. §. 9. ff. de furt. Myns. ad §. fin. h. t. Cujac. 11. obs. 18.*

IV.

*Ad acquisitionem thesauri an sufficiat nudus inventoris conspectus, an verò præterea naturalis ipsius apprehensio requiratur? Hoc A. arg. l. 3. §. 1. & 3. ff. de acq. poss. l. 31. §. 1. h. t. Cujac. 11. Obs. 38. Sichard ad l. 13. n. 3. & seqq. C. de fidejuss. DISS. Duar. ad d. §. 3. Donell. 4. com. 14. in fin.*

Cujus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0205
DFG

Vonhagen 83. l. 2 h.

*Cujus fiat thesaurus in prædio Emphyteutico inventus? Si alius invenerit, dividetur inter inventorem & Emphyteutam: Si Emphyteuta, totus ei acquiretur. arg. l. 1. C. de jur. Emph. Schneid. & Dd. commun. ad §. 39. Inst. h. t. DISS. Sichard. ad Rubr. C. d. t. num. 27.*

*VI.*

*An qui fundum, in quo thesaurum esse sciebat, emit ab ignorante, sit thesauri dominus? Si summo jure contendatur affirmativa cum Connan. 3. com. 4. n. 4. num sustineri possit videb.*

*VII.* Vonhagen 83. l. 1. g.

*An hostium bona immobilia, sicuti mobilia, statim occupantium militum fiant? N. l. 16. ff. h. t. l. 20. §. 1. ff. de capt. & postlim. reversf. 4. l. Lucius ff. de evict. Duar. h. cap. 3. Cujac. 2. Obs. 9. & 19. Obs. 7. DISS. Donell. 4. com. 21. & 35.*

## THESIS III.

Accessio varia est: comprehendit enim sub se, alluvionem, ædificationem, fructuum

perceptionem, plantationem, scripturam & si quæ sunt alia. Hinc I. quod per alluvionem agro tuo flumen adjecit, juregentium tibi acquiritur. Quod si vis fluminis partem aliquam de tuo prædio detraxerit, meoque adjecerit, tua manet. (a) Huc pertinet alvei mutatio & inundatio. (b) II. Cum in suo solo aliquis ex aliena materia ædificaverit, ipse intelligitur, dominus ædificij, sicut è contrario, si quis ex materia sua in alieno solo ædificet, quod ædificatum est, domino soli cedit. (c) III. Si quis à non domino, quem dominum esse crediderit, fundum aliquem, bona fide & justo titulo acceperit, fructus quos percepit ejus sunt pro cultura & cura, si mala fide secus. (d) IV. Sata omnia & plantata, sive in suo, sive in alieno fundo, etiamsi semen alienum fuerit, solo cedunt. (e) V. Literæ etiamsi aureæ sint, chartæ membranæve cedunt, (f) ac solo cedere solent ea, quæ inædificantur, aut inseruntur, licet in pictura secus sit, tabulam enim picturæ cedere, propter picturæ pretium, alijs contra existimantibus, Justiniano (g) melius videtur.

(a) *§. præterea h. t. l. 7. §. 1. ff. eo. l. 1. C. de alluvion. Duar. h. c. 11. Connan. 3. com. 5. Donell. 4. com. 27.* (b) *vid. §. quod si aliqua h. t. Donell. d. lib. 4. cap. 28.* (c) *quod intellige secundum §. cum*

*cum in suo. h. t. Duar. h. c. 5. Donell. d. lib. cap. 33.* (d) *§. si quis à non domino. h. t. vid. infr. q. 3. & seqq.* (e) *§. si Titius & seq. eo. Vulte. t. Fp. 70. num. 43. & seq.* (f) *§. literæ eo. l. 23. §. 2. ff. de Rei vind.* (g) *§. si quis in aliena. eo. Vulte. d. cap. 70. num. 50. Connan. 6. com. 6. num. 6. Donell. de lib. cap. 36.*

## Hinc quæritur. I.

*An jus alluvionis in agris limitatis locum habeat? N. l. 16. ff h. t. Donell. 4. com. 27. DISS. Connan. 3. com. 5. n. 4. vid. Cujac. 2. Obs. 9.*

II.

*In solo alieno ex sua materia scienter ædificans, diruto ædificio an materiam vindicare possit? N. l. 7. §. 12. h. t. Donell. d. lib. 4. cap. 33. VVesenb. ad §. 25. n. 1. h. t. DISS. Martinus vetus glossator ad l. 2. C. de Rei vind.*

III.

*An bonæ fidei possessor, omnes fructus, naturales & industrales suos faciat? A. l. 48. ff. h. t. & l. 28. de usur. Vult. 1. discept. ult. Ant. Fab. 4. conj. 17. DISS. Accurs. ad l. 35. in pr. verb. non habendam ff. de Rei vind.*

Re

IV.

*Re igitur evicta an naturales consumptos restituere cogatur? N. cum Donell. 4. com. 25. Fab d. loc. DISS. Cujac. tract. 7. ad Afric. ad l. 40. ff. h. t. Duar. ad tit. de naut. fœn. in fin.* Vonhagen 66. lit. e.

*Fructus autem omnes perceptos & nondum consumptos restituere tenetur. l. 22. C. de Rei vind. l. 4. §. 2. ff. fin. reg. Vulte. Fab. d. loc. VVesenb. ad §. 29. Inst. h. t. Cisner. ad l. 4. §. lana. num. 14. & seqq. ff. de usucap. DISS. Cujac. d. loc. Aliter Donell. d. lib. 4. com. cap. 26. & in tract. de fruct. cap. 4.*

VI.

*An qui bona fide possidere cepit, & deinde rem alienam esse cognoscit, fructus perceptos suos faciat? A. l. 25. §. fin. ff. de usur. Ant. Fab. d. c. 17. in med. VVesenb. ad d. §. 29. n. 12. & seqq. vid. Vulte. d. loc. DISS. Treutl. 2. disp. 20. th. 5. lit. i.*

VII.

*Si uno tempore pictor & tabulæ dominus à tertio possidente, tabulam pictam vindicent, quis præferendus? cum Donello 4. com. 36. in fin.*

*in fin. utrumq; ad agendum admitto, potiorem eum existimans, qui prior ad sententiam pervenit. DISS. Accurs. in l. 9. §. 2. h. t.*

## THESIS IV.

Specificatio est, quando ex materia sive diversa, sive eadem, atque illa vel mea & aliena, nova species facta est bona fide, & fit specificantis; vel aliena tantum, quæ si ad pristinam materiam reduci non possit, cedit specificanti, si possit, materiæ domino. (a) Huc pertinent commixtio & confusio. (b) Deniq; traditio (c) est modus acquirendi dominiũ jure gentium inter cæteros potissimus. Transfertur ea dominium, si dominus rei, aut is qui transferendi dominii jus habet, rem quæ in commercio est, ex justa causa ad transferendum dominium habili, in alium qui accipere potest, vult transferre, ac proinde rem etiam ei tradat. (d) Traditio alia vera est, alia quasi: illa consistit in facto, hoc est, cum facto ipso traditionis transfertur dominium: (e) hæc fit nuda voluntate, vel verbis, alijsque signis, vel instrumentis declarata; (f) & consistit in traditione clavium, (g) scientia & patientia, (h) custodis appositione, (i) retentione usus-fructus, (k) & similibus.

def.

def.

divis.

(a) §. cum

(a) §. cum ex aliena ubi Dd. h. t. l. 7. §. 7. ff. eo. Donell. 4. com. 12. vid Connan. 3. com. 6. num. 1. & 2. (b) de quibus quid juris, & quid differant, vid. §. si duorum & ibi Dd h. t. & d. l. 7. §. 8. & 9. Donell. d lib. 4. cap. 30. & seq. Althus. 1. JP. 15. (c) Traditionis definitiones varias vid. apud. Theoph. ad §. per traditionem. h. t. Cujac. 11. Obs. 19. cont. 1. disp. 8. (d) d. §. per traditionem ubi Vulte. num. 2. vid. Connan. 3. com. 7. Duar. h. t. c. 13. (e) d. §. per traditionem l. 9 §. 3. ff. eo. (f) §. interdum eo. d. l. 9. §. 5. (g) §. item si quis eo. d. l. 9. §. 6. l. 74. ff. de contrab. empt. (h) l. 2. C. de acq poss. (i) l. 51 ff. de acquir. poss. (k) l. 28. C. de donat. De quibus modis omnibus vid. Donell. 4. com. 18.

## Hinc quæritur. I.

*An dominum sine possessione transferatur? A. l. 16. ff. de fund. dotal. Donell. 4. com. 19. DISS. Hotom. illust. quæst. 11. Pac. in l. 12. n. 13. C. de probat.*

### II.

*An dissensus circa causam dandi & accipiendi, impediat translationem dominij? N. l. 36. h. t. vid. Donell. 4. com. 18. Connan. 3. com. 7. n. 4. Pac. 3. q. 67. Vulte. ad §. 26. n. 6. & seqq. h. t.*

*Vtrum*

III.

*Vtrum ex sententia judicis dominium transferatur? A. §. fin. ubi Accurs. in verb. ejus fit. infr. de off. jud. VVesen. ibid. Fachin. 1. controvers. 62. ubi vid. DISS.*

IV. vō Hagen 64 lit d.

*Procurator mandatum generale habens, an alienando rem domini, eam faciat accipientis? A. §. nihil autem interest. ubi Dd. h. t. l. 58. & seq. ff. de procur. Pac. 2. q. 47. DISS. Donell. 4. com. 15.*

V.

*An, ut possessio clavium traditione transferatur, necesse sit claves tradi in re præsenti? A. l. 74. ubi Cujac. lib. 1. defin. Papin. ff. de contrah. empt. & 4. obs. 3. Covarr. 3. resol. 16. n. 11. ubi refert DISSENT.*

# Corollaria.

I.

An civitas bello capta, si in libertatem vindicetur, jura sua pristina quoque recuperet? *A. Hotom. illust. quæst. 5.*

An

II.

An duorum dominium in solidum esse possit? *N. Pac. 4. q. 39.*

III.

An actio de tigno juncto detur in duplum etiam adversus bonæ fidei possessorem? *A. Cujac. in parat. ff. de tign. junct.*

# PARERG.

I.

Si quis latroni pro redimenda vita, certam se pecuniæ summam daturum juraverit, an obstringatur ad præstationem?

II.

Num in castro ad Episcopatum pertinente, in alia tamen provincia extra Episcopatum sito, servari debeat jus Episcopatus, an provinciæ in qua positum est castrum?

*Disputatio II.*

*LIBRI II. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# SERVITVTIBVS REALIBVS, ET PERSONALIBUS.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,
Osnaburgensis Westph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia Respondebit*

HENRICVS ROTERMANNVS
Demminens. Pomeran.

*Loco horisq; solitis, ad diem 15. Julij.*

ROSTOCHI
Prælo Reusneriano Anno 1602

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0223
DFG

# Thesis I.

VIA supra disputatione præcedenti mentio facta est rerum incorporalium, & inter eas referuntur servitutes, (a) de his disputatione præsenti agemus. Est autem servitus hic (aliter namq; supr. lib. 1. Tit. 3. pro statu & conditione eorum hominũ accipitur, qui dominio & potestati alienæ subjiciuntur) (b) jus in re aliena alteri constitutum, def. quo dominus, quod huic alteri commodum sit, aliquid aut in suo pati, aut in suo non facere cogitur. (c) Res autem usui nobis esse potest, interdum mediatè per medium rerum nostrarum, interdum immediatè. (d) Hinc summa divisione, servitutes aut sunt reales div. aut personales. (e) Realis servitus est jus def. agendi, habendivè aliquid in prædio alieno, ad sui prædij utilitatem commoditatemvè, quod jure communi agere, habere, non licet. (f) Imponere igitur vel acquirere eam nemo nisi prædij dominus potest. (g) Et sicuti præ-

dia alia sunt urbana, alia rustica; ita servitus est vel rusticorum, vel urbanorum prædiorum. (b)

(a) *in fin. supr. de reb. corp. & incorp.* (b) *Duar. ad pr. h. t. Donell. 9. com. 21. Qua varia significatione vocis non attenta, Accurs. & Bart. in l. 1. ff. h. t. decepti, in mere personalem, quæ sit servorū, merè realem & mixtā, de quib. hic servitutē distinguunt: rectè reprehensi à Donell. d. lib. 9. c. 21. & seq.* (c) *Donell. d. c. 21.* (d) *Oldend. Class. 3. act. 4. in pr. vers. servitus autem* (e) *l. 1. h. t. ubi Cujac. Duar. vid. not. supr. ad lit. b.* (f) *Connan. 4. com. 7. num. 1. Wesenb. in parat. h. num. 2.* (g) *§. ideo h. t. l. 1. §. 1. ff. com. præd. Donell. 11. com. 9. Vult. ad d. §. ideo n. 2. & seqq.* (h) *h. t. & t. 1. ff. de serv. urb. & rust.*

## Hinc quæritur. I.

*An servitus quæ prædio dominanti nullam adfert utilitatem possit constitui? Neg. l. 15. in pr. ubi Cujac. & Forcat. h. t. Conn. 4. com. 7. num. 3. & seqq. Donell. 11. com. 1. in f. DISS. Robert. 3. sentent. 24. Coras. in prælud. de servit. à num. 6. usq; ad n. 10. & ad d. l. 15. n. 2. & seq.*

II.

*Vt pomum decerpere liceat, ut spatiari, ut cœnare in alieno liceat, an servitus personalis consti-*

constitui possit? A. l. 8. in pr. ubi Duar. h. t. Donell. d. c. 1. Hotom. 8. obs. 20. Forner. 2. select. 28. DISS. Cujac. 24. Obs. 22.

III.

An servitus ex tempore, ad tempus, vel sub conditione constitui possit? N. l. 4. in pr. ubi Dd. h. t. Pac. 3. q. 51. Vult. ad pr. infr. de usufr. num. 5. vid. Connan. 4. com. 8. Longoval. ad l. 3. ff. de jurisdict. p. 4. §. lex autem n. 7. & 9.

IV.

An vasalli in re feudali servitutem inscio domino constituere possint? A. ita tamen ut horum jure soluto, servitus quoq; ipsa resolvatur. c. unic. vers. rei autem. 2. feud. 8. Sichard. ad l. 3. num. 4. C. h. t. Borch. de feud. c. 8. num. 59. DISS. Padill. in d. l. 3. num. 17.

V.

An Emphyteuta ad instar vasalli? Eum posse affirm. cum Sichard. in d. l. 3. n. 4. ibid. Padill. num. 6. & seqq. Donell. 9. com. 1. Borch. d. tr. c. 3. n. 43.

# THESIS II.

Rustica prædia dicuntur, quæ colligendis & conservandis fructibus, non habitationi, licet in urbibus sint, comparata sunt. (a) Servitus rustica, sive rusticorum prædiorum est, quæ debetur prædio rustico vicino. (b) Huc pertinent iter, actus, via, aquæductus, aquæhaustus, pecoris ad aquam appulsus, jus pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ (c) &c. Vrbana prædia sunt omnia ædificia habitandi causâ facta, ubicunque sint, sive in civitate, sive in villa. (d) Servitus urbana, seu urbanorum prædiorũ est, quæ debetur prædio urbano. (e) Species sunt: Servitus avertendi stillicidium, oneris ferendi, tignũ immittendi, projiciendi, luminum, prospectus, altius tollendi, item altius non tollendi, ne luminibus officiatur, (f) &c. In discernendo a. an urbana vel rustica sit servitus, dominans prædiũ attendi debet, ut si prædium quod servit rusticum sit, & quod dominatur urbanum, servitus dicatur urbana, & contra. (g) Præterea constituuntur servitutes tàm rusticæ quàm urbanæ, vel inter vivos pactione & stipulatione, vel in ultima voluntate, testamento aut codicillis. (h) Amittuntur confusione prædiorum, (i) remissione. (k) &c.

(a) l. 4.

(a) *l. 4. §. 1. ff. in quib. caus. pign. l. 211. l. 198. ff. V. S. l. 1. ff. com. præd. Wesenb. ad §. 1. h. t.* (b) *l. 38. ff. de serv. urb. l. 7. ff. de serv. rust. Vult. 1. IR. 63. vid. Mynſ. ad pr. h. t. num. 8. Donell. 11. com. 2.* (c) *in pr. h. t. ubi vid. definitiones earum & apud Dd. ibidem. Vult. d. loc.* (d) *d. l. 1. d. l. 198. ubi Gœdd. n. 4. de V. S.* (e) *§. prædiorum h. t. Vult. d. c. 63. & hîc. ſecus ac in ſervitutib. ruſticis, prædÿ ſervientis ac dominantis, vicinitatem non requirimus: Servitus enim urbana ulterioribus ædib. aliquando deberi poteſt, l. 4. §. f. l. 5. ff. ſi ſerv. vindic. l. 6. in pr. l. 7. §. 1. com. præd. Vult. d. loc. DISS Donell. d. c. 2.* (f) *§. prædiorum h. t. ubi apud Dd. vid. earum definitiones & Vult. d. loc. Don. 11. com. 4. & 5.* (g) *Cœpoll. de ſerv. urb. c. 11. num. 10. Forcat. Neeyom. Dial. 16. num. 1. & 3. Donell. d. c. 4.* (h) *§. ult. & ibid. Dd. h. t.* (i) *l. 1. ff. quemad. ſerv. amitt.* (k) *l. 14. §. 1. ff. de ſerv. Vult. d. loc.*

## Hinc quæritur. I.

*An jus altius tollendi rectè ſervitutibus urbanis annumeretur? A. l. 21. l. 2. ff. de ſerv. urb. Vult. ad §. æquè. num. 37. inſt. de act. ubi latè varias Dd. opiniones examinat.*

II.

*An servitus altius non tollendi, & ne luminibus officiatur, sint diversæ? A. arg. l. 15. 17. §. 2. ff. de serv. urb. ubi VVes. in parat. n. 4. Hotom. 2. amicab. 6. respons. 5. DISS. Donell. 11. com. 5.*

III.

*An liceat aperto pariete suo, fenestram, ex qua in alienum prospiciamus, invito domino, sine servitutis jure, positam habere? N. l. 40. ff. de serv. urb. Duar. 1. disp. 33. Cujac. 1. obser. 31. DISS. Don. d. c. 5.*

IV.

*An servitutes præscriptione acquiri possint? indistincte id hodie affirm. l. ult. in f. C. de præsc. long. temp. Donell. 11. com. 11. Duar. 1. disp. 34. DISS. Dd. com. Gail. 2. obs. 66. num. 7. Mynsi. 4. obs. 53. Coler. ad c. de quarta. n. 16. & seq. ext. de præscript.*

V.

*Sed quanto tempore? Longum tempus sufficere astruo cum Cujac. ad l. 4. §. fin. ff. de usucap. in lib. 54. Paul. ad edict. VVes. in parat. de servit. num. 5. DISSENT.*

*Dd. com-*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0239
DFG

*Dd. communiter distinguentes inter servitutes continuas & discontinuas.*

*VI.*

*An requiratur scientia domini? A. l. 2. C. de servit. Donell. 11. com. 12. Cujac. in l. 14. ff. de servit. Coler. ad d. c. de quarta. n. 26.*

*VII.*

*An titulus? N. l. 10. & ibid. Costal. si serv. vind. Donell. 11. com. 12. Coler. d. loc. n. 29. & seqq. DISSENT. Treutl. 1. disp. 17. Thes. 9. lit. b.*

## THESIS III.

Hac de servitutibus realibus sive prædialibus: Personalis servitus est jus personæ, quo ei res aliena servit. (a) Species ejus duæ sunt: (b) Vsusfructus (sub quo habitationem & operas servorum (c) comprehendo) & Vsus. Vsusfructus generaliter itadefiniri potest, (d) quod sit jus alienis rebus utendi fruendi, vel abutendi, personæ cohærens. Est; proprius & improprius, seu quasi Vsusfr. (e) Vsusfructus proprius, est jus alienis rebus utendi fruendi salva rerum substantia. (f) Improprius, seu quasi Vsusfructus, est jus alienis re-

bus abutendi. (g) Constituitur uterque (h) tam in ultima voluntate, quam pactionibus & stipulationibus. (i) Finitur dissimiliter: ille morte, capitis diminutione maxima & media, consolidatione, non utendo per modum & tempus (k) &c. hic morte & capitis diminutione tantum. (l) Cautio etiam Vsufructuaria in utroque præstanda est, sed itidem dissimiliter: In illo cavere debet Vsufructuarius, se re in Vsumfructum concessa, usurum boni viri arbitrio, & Vsufructu finito eandem in specie; (m) in hoc, se eandem rem in genere, vel ejus æstimationem restituturum.

(a) *Wesenb. ad Rub. Inst. de Vsufr. num. 3.* (b) *Donell. 10. com. 1. Vult. 1. IP. 63.* (c) *l. 13. C. h. t. l. 3. & 4. ff. de oper. serv. Arg. Rubr. C. de Vsufr. habit & minist. server. Donell. Vult. d. loc. Cujac. in parat. C. h. Govean. 1. var. 7* (d) *auctore Erico Hedemanno disp. pand. 18. Thes. 6. lit. b.* (e) *arg. §. constituitur in f. h. t. ubi Schneidvv. num. 2. l. 2. in f. ff. de Vsufr. earum rerum Sichard. ad l. 1. num. 2. C. h. t.* (f) *in pr. h. t. l. 1. ff. eod. quam refutatis contrarijs, suo definito latiorem non esse, ostendit Hotom. illust. quæst. 24. Donell. 10. com. 2. in fin.* (g) *Hedeman. d. disp. 18. Thes. 56.* (h) *contra Connan. 4. com 4. num. 2. Wesenb. ad §. 2. num. 8. in fin. h. t. qui existimant quasi Vsumfr. in ultima voluntate tantum relinqui.* (i) *in f. pr. h. t.*

(k) *§. f.*

(k) *§. f. ubi Dd. h. t.* (l) *§. constituitur h. t. Vult. d. c. 63.* (m) *l. 4. C. h. t. l. 1. §. 6. ff. Vsufr. quemad. cav. d. §. constituitur l. 1. 2. & 7. ff. de Vsufr. ear. rer.*

## Hinc quæritur. I.

*An Vsufructuarius omnium bonorum teneatur æs alienum defuncti & legata solvere? N. l. 69. ff. ad L. Falcid. l. fin. §. 4. C. de bon. quæ lib. Covarr. 2. resolut. 2. n. 4. Fachin. 4. controvers. 29.*

I I.

*An Vsufructuarius, novum ædificium proprietario prohibente extruere, aut incœptum consummare possit? N. L. 44. L. 61. ff. de usufruct. ubi Costal. Coras. 1. Miscell. 6. num. 9. Vid. Pinel. in l. 1. p. 2. num. 52. & seqq. C. de bon. mater.*

I I I.

*An in vestimentis verus seu proprius constituatur Vsusfructus? N. §. constituitur. h. t. L. 14. §. 4. & seq. ff eod. Contra Donell. 10. Comment. 4.*

I V.

*Cautio Vsufructuaria in Vsufructu proprio,*

prio, an sit de ejus substantia? N. Commun. Dd. ad pr. & §. constituitur h.t. Gail. 2. obser. 46. num. 1.

V.

An in improprio? A. L. 2. ff. de Vsufruct. ear. rer. Gail. d. obs. 46. num. 3. DISSENT. Pinell. in L. 1. p. 2. num. 78, C. de bon. mater. Fachin. 8. controvers. 43.

VI.

An igitur à testatore illa remitti potest? N. l. 1. C. h. t. ubi Sichard. num. 6. Lin. ad §. constituitur. h. t. Donel. 10. com. 14.

VII.

An ab herede? A. L. 51. C. de Episc. & Cler. Sichard. d. loc. num. 7. Pinell. d. p. 2. num. 76.

VIII.

Si maturis fructibus nondum tamen à Solo separatis Vsufructuarius decesserit, an fructus ad heredes, an verò ad proprietarium pertineant? Hoc placet cum Donell. 10. com. 9. Hartman. Pistor. 1. q. 24. n. 17. & seqq. DISS. Cujac. 24. obs. 22. Borch. ad §. is verò ad quem. supr. de rer. divis.

Vsusfru-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0247
DFG

I X.

*Vsusfructus hac conditione uxori legatus, si castè vivat, an per transitum ad secunda vota amittatur? N. arg. l. 2. C. de indict. vidui. toll. Gail. 2. obs. 98. n. f. DISS. Covar. de matrim. part. 2. c. 3. §. ult. n. ult.*

## THESIS IV.

Vsus, est jus alienis rebus utendi, salva earum substantia. (*a*) Constituitur igitur sine fructu, ut quis utatur re ad suas necessitates, non verò ad utilitatem, (*b*) ijsq; omnino modis, quibus Vsusfructus, incipere & desinere solet. (*c*) Itaque si uni fructus, alteri usus legatus fuerit, omnis rei fructus ad illum pertinet, huic verò in fundo habitandi, deambulandi, gestandi, & in horto jus est; ligna quoque, aquam, olera, poma, stramenta ad usum quotidianum, non ad abusum & compendium percipere potest. (*d*) Item usu ædium legato, habitare cum conjuge & familia, parentibusque, & inquilinum quoque recipere, dum ipse inhabitat, usuarius potest. (*e*) Seorsum verò jus suum alij vendere, locare, aut gratis concedere permissum non est, cum is tamen qui usumfructum habet hæc omnia facere possit. (*f*)

(a) *Wes.*

(a) VVesenb. ad Rubr. h. t. (b) l. 1. l. 14. §. 1. L. 12, ff. eod. ubi VVesenb. in parat. num. 1. (c) in f. pr. h. (d) d. L. 12. §. 1. Pet. Fab. ad l. 12. num. 2. ff. de R. J. Sichard. ad Rubr. C. de Vsufruct. num. 2. (e) L. 2. 3. 4. 5. 6. h. t. (f) in f. pr. h. t. L. 8. L. 11. ff. eod. Vid. Donell. de hac materiâ plenè 10. com. 24. & seq. Connan. 4. com. 5.

## Hinc quæritur. I.

*Vsu sylvæ remotæ legato, an ususfructus ex mente testatoris legatus intelligatur? A. L. 22. ff. h. t. ubi Costal. Donell. 10. com. 5. in fin. Pinel. ad l. 1. par. 2. num. 58. C. de bon. matern. Vult. ad princ. h. t. in fin.*

I I.

*Quid si fructus annui, aut reditus legati sint? idem est. l. 20. ff. de Vsufruct. legat. Donell. d. loc. Pac. 6. quæst. 31. Bronchorst. 1. assert. 82.*

I I I.

*Idem est si usus pecuniæ tantum legatus sit. L. 10. §. 1. ff. de usu ear. rer. Connan. 4. comment. 5. n. 9. in fin.*

An

IV.

*An per servum usuarium nobis acquiratur? Si quid ex re nostra, vel operis suis acquirat, nobis acquiritur, §. item per liberos homines. Inst. per quas pers. nob. acquir. oblig. Cui obstare videtur L. 14. in pr. h. t. pro quorum textuum conciliatione vid. gl. in d. L. 14. Connan. d. c. 5. n. 9. Mynsi. ad d. §. item per liberos.*

# Corollaria.

I.

An jus venandi, lignandi, pascendi in alieno, sit reale, vel personale? *Disting Pet. Frid. Mindan. lib. 2. de process. cam. c. 41. §. 4.*

II.

An qui jus venandi in quadam sylva habet, eā cingere & circum sepire possit, & bannum venatorium einen

einen gehegten Wildbahn / constituere? *Dist. Mindan. d. c. 41. in pr.*

# PARERG.

Confessus delictum, capitali supplicio affici an & quando possit, etiamsi in confessione non perseveret?

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0255
DFG

*Disputatio III.*

*LIBRI II. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# VSVCAPIONIBVS ET DONATIONIbus.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis Westph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia*

*Respondebit*

THEODORVS GLAZERVS

Dithmarsus.

*Loco horisq; solitis, ad diem*

*29. Julij.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0257

DFG

# Thesis I.

COgnitis modis adquirendi rerum dominia jure gentium, restat videamus modos adquirendi jure civili. Ij autem sunt vel singulares vel universales. Singulares, usucapio & donatio. Vsucapio est adjectio dominij, per continuationem possessionis temporis lege definiti. (a) Ejus requisita quinq; sunt. primum res apta, qualis est omnis quæ non est expresse prohibita, ut est res furtiva, (b) & vi possessa, (c) (nisi in potestatem domini redierit: (d) tum enim vitio purgato, procedit usucapio,) vel extra commercium hominum posita, ut res sacra, religiosa, liber homo (e) &c. item res pupilli (f) dotalis (g) & similes. Secundum, bona fides (h) quæ in eo consistit, ut possessor verisimili ratione ductus, credat eum fuisse dominum, vel saltem jus distrahendi habuisse, à quo sine fraude rem consecutus est (i) & jure civili sufficit ab initio (k) & quidem in præscriptione tantùm longi temporis, non

etiam longissimi vel immemorialis (l) eam adfuisse, licet mala fides supervenerit: At de jure Canonico (m) semper & in omni præscriptione adsit necesse est. Tertium, justa causa sive titulus, ad transferendum dominium habilis (n) sive is sit onerosus, sive lucrativus; verus sivè putativus, justo interveniente errore. (o)

(a) *l. 3. ff. h. t. Connan. 3. com. 11. Donell. 5. com. 5. Forner. 2. select. 17. Olim autem quæ fuerit inter usucapionem & præscriptionem differentia, vid. apud Treutl. 2. disp. 22. th. 1. lit. h.* (b) *§. furtivæ h. t. l 7. §. 3. ff. pro empt. Connan. d. lib. 13. c. 15. Donell. d. hb. 4. c. 24.* (c) *d. §. furtivæ. l. 4. §. 23. ff. eod. Connan. Donell. d. loc.* (d) *§. aliquando etiam. h. t. d. l. 4. §. 6. Gœd. ad l. 216. n. 5. ff. de V. S.* (e) *§. sed aliquandò, h. t. ubi Dd.* (f) *l. 48. in fin. pr. ubi gl. ff. de adquir. rer. dom. vid. Cujac. ad l. 10. ff. quemad. servit. amitt.* (g) *l. 16. ff. de fund. dot. l. in re bus §. fin. C. de jur. dot. nisi usucapio, antequam dotalis fieret, inchoata sit. Vult. ad pr. h. t. n. 17.* (h) *Duar. h. c. 2.* (i) *l. bonæ fidei ff. de V. S. Duar. d. loc. Connan. 3. com. 13. Donell. 4. com. 17.* (k) *l. 2. in pr. l. pen. ff. pro empt. Connan. d. c. 13. Donell. d. c. 17.* (l) *in pr. h. t. l. 3. l. 8. §. 1. C. de præscript. 30. annor. Vasq. illust. controvers. c. 79. in fin.* (m) *c. possessor. ext. de R. I. in 6. Mynsi. 4. Obs. 6.* (n) *in pr. Inst. h l. 3. & seqq. ff. de publ. in rem. act. Duar. d. c. 2.* (o) *l. 11. ff. pro empt. l. hominem. l fin. ff. pro suo.*

Hinc

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0263
DFG

## Hinc quæritur. I.

*An usucapio rationi & æquitati naturali sit contraria? N. cum Coler. ad rubr. ext. de præscript. n. 14. & seqq. Vasq. illust. controvers. c. 52. DISS. Accurs. in l. 14. ff. de condict. indeb.*

*II.*

*Prohibitâ rei alienatione, an censeatur quoq; prohibita ejus usucapio? A. l. 28. ubi Gædd. ff. de V. S. l. 16. de fund. dot. Donell. 5. com. 23. DISS. Pinel. ad auth. nisi tricennale n. 22. & seqq. C. de bon. mat.*

*III.*

*An partus ancillæ furtivæ usucapi possit? Si apud bonæ fidei possessorem & conceptus & editus sit, A. l. 33. in pr. h. t. l. 11. §. 2. ff. de publ. in rem act. Connan. 3. com. 15. Donell. 5. com. 25. Gædd. ad l. 26. ff. de V. S.*

*IV.*

*Fœtum autem furtivæ pecudis, apud quemcunq; etiam conceptum, modò editus sit apud bonæ fidei possessorem, usucapi posse adstruo, cum prædict. Dd. DISS. Robert. 1. recept. lect. 6. & 1. animadvers. 22.*

V.

An is qui dubitat, sitnè res aliena usucapere possit? Inchoare eum non posse usucapionem, sed saltem continuare placet Sarmient. 2. select. interp. 10. n. 5. & 9. Covarr. ad c. possessor. p. 2. §. 7. n. 2. & seq. ext. de R. I. in 6. Gædd. ad l. 109. n. 3. ff. de V. S. DISS. Treutl. 2. disp. 22. th. 6. lit. c. vid. Fachin. 1. controv. 65.

VI.

An in omni præscriptione requiratur justus titulus? N. sed tantùm in longi temporis, cum Colér. ad c. de quarta n. 39. & seqq. extr. de præscript. Mynsing. 1. observ. 30. per l. 3. 7. 8. §. 1. C. de præscript. 30. ann.

VII.

Quid de jure Canonico? De eo in omni præscriptione justum titulum requiri, Aff. Fachin. 8. controvers. 33. DISS. Vasq. illust. controvers. c. 81. & seqq.

VIII.

An is in præscriptione servitutum requiratur? vid. disp. præced. th. 2. q. ult.

## THESIS II.

Quartum Vsucapionis requisitum, est possessio,

sessio, eaq; continua, sine quâ nulla procedit usucapio. (a) Continua dicitur, non solùm quæ penes unum atq; eundem, sine alio possessore intermedio semper est: Verumetiam quæ ab uno ad alium legitimè translata fuit. (b) Solent enim conjungi possessores, sicut & tempora autorum, tam universalium quàm singularium, ut venditoris & emptoris, donatoris & donatarij, testatoris & heredis (c) &c. Quintum & ultimum, est tempus lege definitum. (d) Et quia id varium, variæ etiam sunt præscriptionum species. Alia enim est præscriptio triennalis; (e) Alia quadriennalis; (f) alia decennalis, vicennalis, quæ & longi temporis; (g) alia tricennalis, quadragenalis, quæ & longissimi temporis; (h) alia centenaria; (i) quæ & immemorialis appellatur. His requisitis omnibus accedentibus, usucapere possunt qui & possidere, (k) & usucapione adquiritur dominium, & ea quæ dominio sunt consequentia, (l) modò ea sit completa, nec interrupta. Interrumpitur naturaliter vel civiliter. Naturaliter quidèm, cùm quis suâ sponte ipse possessionem à se dimittit, vel ab alio de possessione rei dejicitur: (m) civiliter, citatione & litis contestatione. (n)

(a) *l. 25. h. t. ubi Duar. c. 2. in pr. Donell. 5. com. 6.* (b) *l. 20. h. t. Donell 5. com. 20 Vulte. Instit. h. n. 29. & seq.* (c) *quod intelligo secundum*

§. diutina h. t. ubi Lin. Vult. d. loc. n. 36. Donell. in d. c. 26. (d) ut dicitur in definitione usucapionis. Duar. h. t. c. 1. in fin. (e) in pr. h. t. l. un. C. de usucap. transform. (f) §. ult. h. t. l. 3. & t. t. C. de quadrien. præscript. (g) d. pr. h. t. & t. t. C. de long. temp. præscript. (h) t. t. C. de præscript. 30. vel 40. ann. (i) l. 23. C. de SS. Eccles. Nov. 9. De quibus speciebus omnibus, & in quibus rebus locum habeant, consule Wesenbec. in paratit. h. Donell. 22. com. 2. Vult. t. IP. 71. Balduin. in suo Justin. lib. 1. pag. (mihi) 19. & seqq. Schneid. h. t. cap. de specieb. præscript. (k) Duar. h. c. 4. (l) l. 20. C. de pact. ubi Dd. l. 3. ff. h. t. (m) l. 5. h. t. Duar. h. c. 8. Connan. 3. com. 14. Donell. 5. com. 21. (n) l. 3. l. 7. C. de præscript. 30. ann. l. 26. C. de rei vind. Connan. Donell. d. loc. Duar. h. c. ult. DISS. vulgò Dd. quos sequitur Vult. ad fin. h. t.

## Hinc quæritur. I.

*An heres rem à defuncto malâ fide possessam, licet ipse bonâ fide nactus sit possessionem, & nolit uti adminiculo ex personâ defuncti, usucapere possit? N. l. 11. ff. de diverss. & temp. præscript. l. 11. C. de adquir. possess. Donell. 5. com. 20. DISS. Covarr. ad c. possessor. p. 2. §. 9. n. 2. & seq. ext. de R. I. in 6.*

## II.

*An ecclesiasticæ rei hodiè ubiq; præscribatur*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0271
DFG

tur 40. annis? A. Nov. 11. Cujac. ad l. 5. & seqq. C. de præscript. 30. ann. Donell. 22. com. 2. vid. Coler. ad c. cum vobis. n. 16. & seqq. extr. de præscript.

III.

Iuri adeundi hereditatem, contra heredem quanto tempore præscribatur? Communiter placet contra heredem extraneum 30. annis præscribi. l. 3. 4. C. de præscript. 30. ann. Duar. de adquir. hered. c. 2. Corras. 6. miscel. 21. vid. Ant. Fab. de error. pragm. decad. 3. error. 8. in med.

IV.

An furiosus tutore autore, usucapionem incipere possit? Si strictum jus sequamur, N. arg. l. 1. §. 3. ff. de adquir. possess. cum Cujac. ad l. 4. §. 2. ff. h. t. in lib. 54. Paul. ad edict. licet utilitatis & æquitatis ratione aliud dici posse arbitratur Cisner. ad d. §. 2.

V.

Quale dominium adquiratur usucapione, directum nè & plenum, an utile tantùm. Illud adsirmamus. l. 3. h. t. l. 20. C. de pact. Covar. ad d. c. possessor. p. 2. in pr. n. 2. & seqq. Vachin. 1. controvers. 70. DISS. commun. Dd. alleg. à prædict.

# THESIS III.

Donatio, quasi doni datio dicta (a) est actus nullo jure cogente factus, ad donum in aliquem conferendum adfectus. (b) Est duplex, propria & impropria, (c) Illa est, quam quis sine causâ, ex solâ liberalitate peragit. (d) Peragere & conferre possunt omnes, qui liberam bonorum administrationem habent, (undè infantes, pupilli, furiosi, prodigi &c. (f) prohibentur) in eas personas (g) quæ accipere possunt, (quippe donatio hæc inter conjuges, constante matrimonio, (h) nisi morte donantis confirmata sit (i) non valet, ut nec donatio inter patrem & filium in potestate (k) constitutum) de rebus omnibus, in hominum commercio & donatoris dominio, tam corporalibus quàm incorporalibus, mobilibus & immobilibus existentibus. (l) ita tamen, ut si quingentos solidos excedat donatio, actis insinuetur, sive ad monumenta publica redigatur (m) exceptis quibusdam casibus, quibus insinuatio non requiritur. (n) Perfecta si fuerit hujusmodi donatio, perficitur autem, cùm donator voluntatem suam scriptis vel sine scriptis manifestaverit (o) temerè (p) revocari nequit, immò ad exemplum venditionis, si res donatæ non tradantur, traditionis necessitas donatori incumbit. (q)

(a) *l. 35. §. 1. ff. de mort. caus. donat.* Balduin. in sua

*in suo Fustin. lib. 3. pag. (mihi) 266. in pr.* (b) *l. 1. in pr. l. 29. in pr. h. t. Bocer. in tr. h. c. 1.* (c) *illa etiam alio nomine adpellatur, simplex, pura, absoluta; hæc relata & conditionalis. vid. Bocer. d. tr. c. 2.* (d) *d. l. 1. d. l. 29. in pr.* (e) *arg. l. 7. in pr. h. t. l. 3 §. 8. ff. de donat. int. vir. & uxor.* (f) *de quibus omnibus vide Duar. h. c. 6. Wes. in parat. ibid. n. 4.* (g) *Duar. d. c. 6.* (h) *t. t. ff. & C. de donat. int. vir. & uxor.* (i) *l. 10. l. 14. l. 25. C. d. t.* (k) *l. 2. ubi Sich. l. 11. C. h. t.* (l) *l. 9 §. fin. l. 19. in pr. ff h. t, l. 14. C. eod. Wes. in parat h. n. 5. Duar. c. 3.* (m) *§. aliæ verò h. t. l. 30. & seqq. C. eod. vid. Connan. 5. com. 9.* (n) *de quibus in l. pen. C. h. t.* (o) *d. §. aliæ ubi Dd. Duar. h. c. 4.* (p) *dico temerè; sunt enim certæ causæ ex quibus revocari potest, de quibus in l fin. C. de revoc. donat.* (q) *d. §. aliæ. l. 35. §. fin. C. h. t. vid. Balduin. d. lib. 3. pag. (mihi) 268. in pr. Duar. h. c. ult.*

## Hinc quæritur. I.

*An donatio, filio in potestate adhùc constituto, à patre facta, morte patris confirmetur? à communi sententia adfirmativa recedit Donel. 9. com. 5. an verè videb.*

## II.

*An donatio omnium bonorum, tam futurorum quàm præsentium jure subsistat? A. l. 17. §. Lucius Titius. ff. quæ in fraud. cred. l. 35. §. 4. & 5. C. h. t. Corras. 6. miscel. 17.*

*Vaud.*

*Vaud. 1. q. 31. Bronch. 2. adsert. 54. DISS. Fachin. 6. controvers. 87. ubi capp. seqq. vide quæstionis nostræ limitationes varias.*

III.

*Donata cui res est, hoc pacto, ne eam alienet, an nihilominus alienando transferre ejus dominium possit? A. Pac. in l. 3. n. 5. in fin. C. de condict. ob caus. ibid. Sichard. n. 4. & seqq.*

IV.

*An donatio ad pias causas insinuatione egeat? A. l. 43. §. 1. C. h. t. l. 19. C. de SS. Eccles. Sichard. ad d. l. 34. n. 20. Schneid. ad §. 2. h. t. n. 21. DISS. ibid. VVesenb. n. 5.*

V.

*Donatio excedens quingentos solidos, nec insinuata, an in solidum, an verò tantùm in superfluo vitiatur? adfirm. l. 34. in pr. l. 36. §. 3. h. t. l. 21. §. 1. ff. eod. Clar. in §. donatio q. 15. in pr. Gail. 2. observ. 5. n. 8.*

VI.

*An ob supervenientiam liberorum donatio revocari possit? id ex æquo & bono communiter receptum est. Connan. 5. com. 10. n. 4. Fachin. 3. controvers. 85. Bronch. 2. adsert.*

*sert. 56. DISS. Donel. ad l. si unquàm n. 18. & seqq. C. de revoc. donat.*

*VII.*

*An ob illegitimorum supervenientiam? N. Gabr. Palæot. in tr. de noth. spur. fil. c. 34.*

## THESIS IV.

Impropria donatio est, quæ in aliquem confertur, sub causâ mortis vel non mortis. Mortis causâ donatio est cùm quis instantis periculi metu, vel solâ mortalitatis aut humanæ sortis cogitatione (*a*) ita rem suam donat, ut se potius habere velit, quàm donatarium: illum verò potius quàm heredem suum. (*b*) Et hoc modo donare possunt omnes, (cùm hæc donatio ultimæ voluntati, & legatis ferè (*c*) æquiparetur) qui & testari: (*d*) excepto filiofam. qui licèt consentiente patre testari nequeat (*e*) mortis tamen causâ donare, eo consentiente, potest. (*f*) insuper inter virum & uxorem, (*g*) (secus ac in donatione propriâ dictum est) patrem & filium in potestate constitutum (*h*) valet etiam insinuatione, vel publicis actis non intervenientibus (*i*) modò quinque testes adsint. (*k*) Irrita fit hæc donatio itidèm aliter ac propria, ex solâ nimirum donatoris pœnitentiâ, vel si convaluerit & supervixerit, aut donatarius prior decesserit, (*l*) aliusvè

liusvè exstiterit casus, in quem sit revocata donatio. (n) Inter vivos donatio impropria fit contemplatione matrimonij, ut donatio propter nuptias, veteribus prudentibus incognita, quæ à parte mariti vel antè (quo tamen casu tacitam habet in se conditionem, ut tunc rata sit, cùm matrimonium fuerit insecutum) vel post nuptias confertur in uxorem, ad dotem ejus velut compensandam. (n)

(a) *in pr. h. t. l. 3. & seqq. ff. de mort. caus. donat.* (b) *d. pr. in fin. h. & l. 1. ff. eod.* (c) *d. pr. l. fin. C. de donat. caus. mort. vid. Cujac. in l. 1. ff. de legat. 1. Moller. 5. semest. 73. Vulte. ad §. 1. h. t. n. 9.* (d) *l. 25. in pr. ff. de. mort. caus. donat. l. fin. C. eod.* (e) *ut dictum disp. seq. th. 2. in lit. d.* (f) *d. l. 25. §. 1. Fachin. 5. controvers. 24.* (g) *l. 27. ff. h. t. l. 9. in fin. cum 2. ll. seqq: ff. de donat. int. vir. & ux.* (h) *arg l. 9. l. 35. in pr. ff. h. t. vide Gail. 2. observ. 38. in pr.* (i) *l. fin. C. h. t. Bocer. h. tr. c. 5. n. 3.* (k) *d. l. fin. Bocer. d. loc. vid. Moller. 2. semest. 39.* (l) *in pr. h. t. l. 30. l. 35. § 4. ff. eod.* (m) *l. 19. in pr. ff. de reb. cred. l. 34. l. 35. h. t. ubi Duar. c. 3.* (n) *§ est & aliud genus, ubi Dd. h. t.*

## Hinc quæritur I.

*Sitnè donatio causa mortis, cùm quis sanus existens, & nullo mortis periculo exterritus,*

ritus, post mortem suam donat? Distingu. cum Fachin. 5. controvers. 22. ubi vid. DISS.

II.

Mortis causa si quis donet, & promittat se non revocaturum eam, an eo ipso transmutetur in simplicem? A. l. 27. ff. h. t. Schneid. ad §. 1. h. n. 4. Fachin d. lib. 5. c. 23. Moller. 5. semest. 73. DISS. Iaf. in. l. non omnis n. 1. ff. de reb. cred. Cujac. ad Nov. 87. in pr.

III.

An filiusfam. bona adventitia, in quibus pater usumfructum non habet, sine ejus consensu donare possit? N. arg. l. 25. §. 1. ff. h. t. junct. disp. seq. th. 2. q. 1. Covarr. ad rubr. extr. de testam. p. 3. n. 10. DISS. Fachin. d. lib. 2. c. 25.

IV.

An minor 25. annis absq; curatoris autoritate donare causa mortis possit? A. propter disp. seq. th. 2. quæst. 2. VVesenb. in parat. h. n. 4. Fach. d. lib. 5. c. 61.

V.

Num donationem reciprocam inter conjuges

*ges factam, ita ut superstes omnibus bonis, illatis & adquisitis, utatur fruatur & post mortem æqualiter inter utriusque heredes dividantur, superstes conjugum, pro sua parte revocare possit? A. arg. l. 1. §. 1. ff. de dot. præleg. Moller. 4. semest. 22. Goedd. de contrah. stip. c. 6. n. 48. DISS. Gail. 2. observ. 126. n. 5.*

# Corollaria.

I.

An juri reluendi pignoris spacio 30. vel 40. annorum præscribi possit? *N. Borch. de usur. c. 6. n. 10. & seqq.*

II.

An valeat donatio à patre in filium collata, propter benè merita? *A. Moller. 2. semest. 16.*

*Disputatio IV.*

*LIBRI II. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# TESTAMENTIS, ET QVI EA FACERE POSSINT, ET quemadmodum fiant.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis Westph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia*

*Respondebit*

IOACHIMVS CLVTENIVS

Parchimensis Megapolitan.

*Loco horisq; solitis, ad diem*

*22. Julij.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0291

DFG

# Thesis I.

SEquitur videamus de rerum universarum acquisitione, cujus species præcipua est hæreditas. Ea est successio in universum jus quod defunctus habuit. (a) Successio est vel civilis, vel prætoria. (b) Civilis rursum testamentaria vel legitima. Testamentaria à testamento sic dicitur, quod est voluntatis nostræ justa sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. (c) Estq; hodiè (varijs testamentorum generibus quæ olim in usu erant (d) sublatis) Paganicum vel militare. (e) Paganicum est quod fit domi extra militiam. (f) Ejus duæ sunt species, scriptum & nuncupativum. (g) Illud est quod juris forma observata, in scripturam redactum ex voluntate testatoris eo animo, ut testamentum esset scriptum. Nuncupativum est testamentum viva voce à testatore factum, quod si in scripturam redigatur, nuncupativũ nihilominus manet, scriptura rem gestam comproban-

te. (*b*) Scripti teſtamenti forma hæc eſt, ut teſtator teſtamentum ſuum, à ſe, ſi literas norit aut ab alio quovis, ſi neſciat (*i*) ſcriptum vel ſubſcriptum, ſeptem teſtibus (*k*) ad hoc ſpecialiter rogatis (*l*) & præſentibus offerat, eorumq; ſinguli (*m*) ſuum & teſtatoris nomen ſubſcribant, proprio vel alieno annulo ſubſignent, (*n*) omniaq; hæc unico actu peragantur. In nuncupativo teſtator hæredes palam, ut à teſtibus exaudiri poſſit, nuncupare & prædicta ſolemnia, præter teſtium ſigna & ſubſcriptiones adhibere tenetur. (*p*)

(a) *l. 24 ff. de V. S. l. 62. de R. I. vid. Mercer. 2. opin. 13.* (b) *Alibuſ. 1. IP. 18.* (c) *l. 1. ubi Cujac. ff. h. t. Duar. ad pr. Ibid.* (d) *§. ſed ut ut nihil antiquitatis h. t.* (e) *Illud ſit jure communi, hoc ſingulari. Cujac. in parat. C. de teſtam. milit.* (f) *Donell. 6. com. 4.* (g) *§. fin. h. t.* (h) *Ita haſce ſpecies definit Vulteius ad pr. h. t. num. 40.* (i) *l. 21. in pr. Auth. & non obſervato C. de teſtamentis.* (k) *§. ſed cum paulatim h. t. & d. l. 21. idq; regulariter verum eſt. Exceptiones vide apud Vulteium d. loc. n. 39.* (l) *l. 9. C. d. t.* (m) *l. pen. ff. h. t. d. l. 21. C. eod.* (n) *d. §. ſed cum paulatim l. 22. §. 2. ff. eod. l. 12. C. eod.* (o) *l. 21. §. fin. ff. h. t. & d. l. 2. in pr. C. eod.* (p) *§. fin. Inſt. h. t. & d. l. 21. & 2. C. eod.*

Hinc

## Hinc quæritur. I.

*Testamenti factio sitne juris civilis, vel gentium? Hoc A. quo ad originem, cum Connan. 3. com. 5. n. 6. Chiflet. de subst. it. c. 1. DISS. Porc. ad pr. Inst. h. t. Bronch. 2. Assert. 27.*

*II.*

*Hinc principem ex plenitudine potestatis, non posse testamentis privatorum derogare, recte asserunt Vasq. Illust. controvers. c. 5. n. 22. Sichard. ad l. 10. n. 7. C. de testam. Covar. 3. Resolut. 6. n. 5.*

*III.*

*Testamenti factio sitne juris publici, vel privati? Illud A. l. 3. ubi Cujac. Ferret. & Gothofr. h. t. Coras. 6. Miscell. 17. n. 9. DISS. Revard. 5. Var. 12. n. 9. & seq.*

*IV.*

*An ex imperfecto testamento, puta coram minori numero testium celebrato, oriatur naturalis obligatio? N. cum Covar. in c. cum esses n. 17. extr. h. t. Pac. in l. 7. n. 5. C. de condict. in deb. Loriot. de testam. axio. 21. & seq. DISS. Graff. in §. 1. in pr. n. 12.*

*V.*

*An relicta igitur tali testamento in foro*

*conscientiæ ab hæredibus recusari possunt? A. arg. l. 21. §. 1. C. h. t. l. 23. C. de fideicom. Covarr. in d. c. cum esses n. 4. & seqq. extr. h. t.*

*VI.*

*Testamentum tempore pestis factum, coram minori testium numero, an valeat? de Iure N. l. 8. C. h. t. ubi Cujac. pag. 533. a. in fin. & 26. Obs. 10. Fach. 5. controvers. 92. DISS. Gail. 2. Obs. 118. n. 18. Mynsing. 1. Obs. 96. Thessaur. decis. 180. Vulte. ad pr. h. t. n. 37. Reusner. 1. decis. 8. Ant. de Gamma decis. 71.*

*VII.*

*An testes alio signo quam annulo signare possint? A. Cum. Connan. 9. Com. 2. num. 3. Donell. 6. Com. 8. DISS. Cuiac. 14. Obs. 11. circ. fin. Robert. 1. lect. 21.*

## THESES II.

In omni autem, quæ est de testamento, quæstione, an valeat, primum omnium animadvertendum, an is qui testamentum fecisse dicitur, testamenti factionem, id est, jus sive potestatem ejus faciendi habuerit. (*a*) Eam vero omnes habere intelliguntur, nisi qui expresse

presse prohibentur. Prohibentur qui alieno juri subjecti sunt, ut filiæ vel filijfam. (nisi hi testentur (b) de peculio castrensi, vel quasi castrensi) servi & ancillæ, (c) adeò ut ne horum quidem consensu accedente, in quorum potestate sunt, testari possint. (d) Item impuberes, (e) prodigi post interdictionem bonorum, (f) furiosi eo tempore quo furiosi sunt (g) muti, surdi, cæci, (h) nisi ex certis causis juxta formam à Iustiniano traditam testentur (i) capti ab hostibus, (à latronibus enim capti (k) cum liberi maneant, facultatem testamenti faciendi, quam habent, retinent) qui tamen si, dum in civitate fuerunt, fecerunt testamentum & redierint, valet jure postliminij, si decesserint ibi, Valet ex L. Cornelia. (l) A de prædictis, de statu suo dubitantes, (m) peregrinos, (n) obsides, (o) hæreticos, (p) damnatos ob carmen famosum (q) &c.

(a) *l. 4. ff. h. t.* (b) *in pr. Inst. quibus non est permiss. l. 6. l. 16. in pr. ff. h. t.* (c) *d. pr. in fin.* (d) *d. l. 6. & d. pr. Vbi ejus rationem vide apud Dd. Sich. ad Rub. C. qui testam. fac. poss n. 9. Ias. in l. 8. eo.* (e) *l. 5. ff. d. t. § præterea h. t. Olim eos potuisse in certis casibus testatur Cujac. 17. Obs. 36.* (f) *d. § præterea. l. 18. eod.* (g) *d. § præterea l. 20. § 4. ff. eod. l 9. C. eo* (h) *l. 6. § § 1. l. 7. ff. eod. § Item surdus h. t.* (i) *l. hac consultissima C. de testamentis, l. discretis C. qui testam. fac. poss.*

(k) l. 13. in pr. ff. de legat. 3. (n) Vult. ad pr. h. t. n. 14. (o) l. 11. ff. eod. (p) l. 4. § 5. Auth. Gazaros. C. de hæret c. Excommunicamus. § Credentes. Extr. eo. (q) l. 18. in fin. ff. h. t. De quibus mod. omnibus vid. Duar. h. sub tit. de his qui testam. fac. poß. Sich. ad Rub. C. eod. Connan. 9. com. 4. Donell. 6. com. 5.

## Hinc quæritur. I.

*An filiusfam. in bonis adventitijs quorum ususfructus patri non acquiritur, testari poßit? N. l. pen. & ult. C. qui testam. fac. poß. Sich. ad Rub. eo. n. 12. Fach. 5. Controverß. 94. Moller. 5. semeßt. 60. DISS. Vaud. 1. q. 1.*

### II.

*An minor abßq; curatoris auctoritate testari poßit? A. §. cum ergo ff. qui & quibus ex cauß. l. 20. §. ult. ff. de liberat. legat. Sichard. ad. l. 3. n. 7. C. de in Integr. reß. Moll. 5. semeßt. 21.*

### III.

*An meretrix testari poßit? A. cum Forner. 2. select. 5. Dauth. de testam. n. 224. Vaßq.*

*Vasq. de succeß. creat. lib. 2. §. 12. n. 36. & seq.*

*IV.*

*An excommunicatus? N. arg. c. decernimus extr. de sentent. excom. in 6. Fach. 5. controverſ. 88. DISS. Treutl. 2. diſp. 10. th. 2. in fin.*

*V.*

*An clerici & alij Eccleſiaſtici viri de fructibus præbendarum Eccleſiaſticarum, teſtari, tanquam veri eorum domini, poßint? A. arg. c. Vn. Ext. de Cler. non reſid. in 6. c. pervenit de fidejuſſorib. Fach. d. lib. 4. c. 89. DISS. Durant. de art. teſtand. tit. 1. Cautel. 3.*

## THESIS III.

Porro ſunt & quædam perſonæ, quæ jus teſtimonij ferendi in teſtamento non habent: Cujuſmodi ſunt mulieres, (*a*) impuberes, (*b*) ſervi, (*c*) muti, ſurdi, (*d*) furioſi, (*e*) prodigi (*f*). Item qui non habent teſtamenti factionem paſſivam, ut ſunt improbi, & inteſtabiles, (*g*) item ij qui ſunt in poteſtate teſtatoris, (*h*) adeo ut ſi filiusfam. de caſtrenſi peculio poſt miſſionem (*i*) faciat teſtamentum, non rectè adhibeatur pater. Item hæres ſcriptus, & qui

in potestate ejus est, & pater qui eum habet in potestate, & fratres qui in ejusdē patris potestate sunt, testes adhiberi nequeunt. (k) Illud sciendum, si testes inidonei adhibeantur, testamentum nullum reddi, nec ex eo hæreditatem, etiamsi vel unus tantum sit inhabilis, nisi clausula adjecta sit codicillaris, adiri posse. (l)

(a) *§. testes autem Instit de testam. l. 20. §. 6. ff. eo.* (b) *d. §. testes* (c) *d. §. & d. l. 20. §. 6.* (d) *d. §. & quidem si unico tantùm morbo laborent, nam mutus & surdus simul utiq; non potest.* (e) *d. §. d. l. 20. §. 4. nisi tempore dilucidi intervalli. d. §. 4.* (f) *d. §. testes l. 18. in pr. ff. eo.* (g) *d. §. d. l. 18 in fin.* (h) *§. in testib. eo. d. l. 20. in pr. & §. 1.* (i) *d. § in testibus d. l. 20. §. 2. Quod si ante missionem faciat testamentum, quia valeret jure militari, posset ad testificandum pater admitti. Connan. 9. com. 3. n. 4. Borch. in §. pater h. t.* (k) *§. sed neque eo. Quarum prohibitionum omnium & aliarum rationes vid. apud Connan 9. com. 3. Duar. h. t. sub Rub. de testibus Donel. 6. com. 7. & Dd. ad §. testes & seqq. h. t.* (l) *l. 14. & seqq. ff. de testibus l. si unus C. de Testam. Wesenb. in par. eo. n. 11. in fin.*

## Hinc quæritur. I.

*An fœmina possit esse testis in testamento de jure pontificio, quo testamentum coram duobus*

*duobus testibus & Paræcho factum valet? N. cum Covarr. ad c. cum esses n. 2. extr. 3. h. t. DISS. Vult. ad §. 2. & seqq. n. 21. h. t.*

II.

*An cæcus testis esse hîc posit? N. cum VVesenb. ad §. testes n. 7. h. t. Vulte ibid. n. 14.*

III.

*An filius emancipatus in testamento patris? A. §. in testibus h. t. ubi Vigl. & VVes. Mynsing. Lin. ad §. pater eod. Donel. 6. com. 7. DISS. Pac. in l. parentes, n. 7. & ibi commun. Dd. C. de testibus.*

IV.

*Ergo & frater emancipatus in testamento fratris. arg. §. sed neque h. t. Robert. 4. sent. 2. Cuiac. ad l. 22. ff. h. t. Bronch. 3. assert. 23. DISS. Duar. 1. disp. 28.*

V.

*An legatarius in testamunto nuncupativo? A. §. in legatarijs ubi Vigl. n. 9. h. t. & ibid. VVesenb. Bronch. 2. assert. 12. Connan. 9. com. 3. n. 6. DISS. Duar. h. t. sub. Rub. de testibus pag. 326. b.*

VI.

*Quo tempore conditio testium inspicien-*

*da*

*da sit? Tempore cum signarent eam inspici placuit. l. 22. § 1. ff. h. t. ubi Dauth. n. 4. & seqq: vid. Duar. d. t. pag. 327. b. & seq. DISS. vid. apud. alleg.*

*VII.*

*Ergo si unus ex testibus, qui facti testamenti tempore idoneus ab omnibus habebatur, postea deprehendatur servus, testamentum nihilominus valere, respondet Imperator §. testes autem in fin. h. t. ubi Dd. Sichar. ad l. 1. C. eo. n. 1. & seqq. Loriott. de testamen. axiom. 31. & seq. Duar. d. loco.*

## THESIS IV.

Est quoq; justum, minus tamen solemne testamentum militare, quod milites in expeditione, ut libet, (modò ne quid statuant (*a*) in eo, contra jus, aut bonos mores) id est, quoquo modo voluerint, & quoquo modo potuerint, faciunt. (*b*) Milites sunt, qui in numeros relati stipendia merent, & in expeditione occupati sunt. (*c*) Vnde post missionem veterani, vel alij extra castra adhuc militantes, testamentum si faciant, jure communi id facere debent: (*d*) & si in castris fecerint testamentum, id ultra annum missionis honestæ seu causariæ (*e*) vires suas non exerit. (*f*) Ex

hoc

hoc privilegio militum, miles nuda voluntate transfert hereditatem sine ulla solemnitate, eademque voluntate illam rursum adimit: (g) potest decedere pro parte testatus, pro parte intestatus: (h) heredem ad tempus instituere: (i) filiumfam. sciens præterire: (k) testamentum notis, id est, abbreviaturis scribere: (l) item surdus & mutus, in numeris manens, etiamsi veniam à principe non impetraverit, testari potest. (m) Quæ omnia, & ejusmodi alia, (n) quæ hinc inde, in legibus & constitutionibus occurrunt, paganis sunt denegata.

(a) *Donell. 6. com. 28. pag. 103. in fin.* (b) *in pr. h. t. l. 1. ff. eo. ubi Wesenb. in parat. l. milites. C. eo.* (c) *Cujac. in parat. C. h. in fin.* (d) *§. post missionem. h. t. l. pen. C. eo. vid. Connan. 9. com. 5. num. 9. & seq.* (e) *quid sit missio honesta, causaria, & ignominiosa vid. l. 2. §. 2. ff. de his qui not. infam. Ant. August. in lib. sing. ad Modest. pag. (mihi) 264. Donell. d. c. 28.* (f) *d. §. post missionem l. 15. §. 4. l. 36. ff. eo.* (g) *d. l. 15. §. 1.* (h) *l. 6. eo. l. 2. C. eo. l. 7. ubi Pet. Fab. ff. de R. I.* (i) *d. l. 15. §. 4. l. 19. in fin. l. 47. eo. l. 8. C. eo.* (k) *l. si cui. C. eo.* (l) *l. 40. ff. eo.* (m) *§. quinimò h. t. ubi vid. Vigl. & Vulte. l. 4. ff. eo. ubi vid. Duar. c. 4.* (n) *de quib. vid. Connan. Donell. d. loc. Duar. h.*

Hinc

## Hinc quæritur. I.

*An milites limitanei etiam prædictis privilegijs gaudeant? A. arg. l. 6. §. 1. ff. de V. S. Connan. 9. com. 5. n. 9. DISSENT. Donell. 6. com. 28. Gail. 2. Obs. 118. n. 13.*

*II.*

*An milites nostri temporis? A. arg. l. 31. C. locat. Gail. d. Obs. n. 1. Vaud. 1. q. 55. Vigl. ad Rub. n. 11. Mynsi. n. 4. Schneid. n. 8. h. t. Sichard. ad Rub. C. eo. n. 7.*

*III.*

*Num milites togatæ militiæ seu advocati? N. arg. l. 2. §. 43. ff. de orig. jur. Sichar. d. loc. n. 4. Schneid. ad pr. h. t. n. 12. ibid. VVesenb. n. 6. DISS. Grass. & ab eo relati, in §. testamentum. q. 4.*

*IV.*

*An mercatores & Lanij victuales, qui castra sequuntur? N. arg. l. 1. l. 16. C. h. t. Treutl. 2. disp. 10. th. 6. lit. b. DISS. Grass. d. §. q. 3. in fi.*

*In te-*

VI.

*In testamento militis an etiam requirantur testes? Si fiat sine scriptis, duos testes ad minimum requiri Dd. placet arg. l. 12. ff. de testib. VVesenb. ad §. 2. n. 2. in fin. h. t. Donell. 6. com. 28. pag. 102. & 108. vide Gail. 2. Obs. 118. n. 17. Sichard. ad rubr. C. h. n. 6. in fin.*

# Corollaria.

I.

Testamentum à forense conditum, servatis solemnibus loci, in quo illud condidit, an effectum habeat, quantum ad bona alibi sita? *A. Gail. 2. obs. 123. num. 3. & seqq.*

II.

Mulier an in testamento, pestis tempo-

tempore condito, testis esse possit?
*N. Moller. 4. sem. 8.*

# PARERG.

Valeantnè statuta opificum, ut ne quod unus cepit, alter perficiat?



*Disputatio V.*

*LIBRI II. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# INSTITVTIONIBVS ET SVBSTITVtionibus.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis Westph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia Respondebit*

BERNHARDVS FVRSTENOVIVS

Vflenensis Westph.

*Loco horisq; solitis, ad diem 4. Augusti.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0325

DFG

# Thesis I.

HEredis institutio (quæ ipsa velut caput & fundamentum est totius testamenti) nihil aliud est, quàm legitima successoris in universum jus à testatore facta designatio. (a) Estq; vel primaria, vel secundaria; illa nomen generis retinens, institutio in specie dicitur, hæc substitutio. Et quantum ad institutionem, ut valeat testamentum, parens liberos omnes indistinctè, tam masculos, quàm fœminas, (b) suos & emancipatos, (c) natos & posthumos, (d) heredes instituere, aut nominatim, (e) & purè (f) ex legitima, testamentoq; inserta ac probata causa (g) exheredes facere debet, alioquin si eos silentio præterierit, inutiliter testabitur, (h) nisi sit miles is qui testatur; is enim in expeditione occupatus, vel exheredare, vel silentio præterire liberos suos potest, modò sibi eos esse non ignoret. (i) Contrà liberi quoq; de bonis in quibus testamenti factionem habent, qualia sunt bona castrensia & quasi castrensia, testamento

facto, parentibus idem præstare coguntur. (k) Sorores verò & fratres consanguinei, in fratrum vel sororum testamentis, turpibus tantum personis præferuntur.

(a) *Wesenb. in parat. h. n. 2. in fin.* (b) *§. sed hæc quidem h. t. ubi Dd. l. maximum vitium C. de lib. præter Donell. 6. com. 11.* (c) *d. §. Donell. d. loc.* (d) *d. §. vid. t. t. ff. de lib. & posthum. & ibi Duar.* (e) *hoc est, nomine, cognomine, vel prænomine, expresso §. 1. & 2. l. 1. 2. 3. ff. d. t. ubi Duaren. cap. 3.* (f) *d. l. 3. §. 1. l. 13. §. fin. l. 19. eod. Vid. l. 4. in pr. ff. de hered. instit. Duaren. d. loc. Donell. d. lib. 6. cap. 12.* (g) *Nov. 115. c. 3. in fin. auth. non licet. C. de liber. præter.* (h) *§. 1. 2. 6. h. t. d. l. maximum vitium* (i) *§. pen. h. t. l. 9. cum l. seq. C. de testam. milit. Adoptivi liberi, an & quatenus sint instituendi. vid. l. pen. C. de adopt.* (k) *d. Novell. 115. c. 4. Donell. d. lib. c. 14.* (l) *l. 27. C. de inoff. testam. Donell. c. 15.*

## Hinc quæritur. I.

*Num matris & avi materni præteritio, etiamnum hodiè pro pro exheredatione sit? N. Novell. 115. cap. 3. in pr. Vulte. ad §. fin. h. t. num. 3. Donell. 6. com. 11. DISS. Vigl. ad d. §. fin. num. 2. Cujac. ad l. 4. ff. de lib. & posthum.* II.

*An testamentum in quo filius præteritus est, in totum, an verò quo ad institutionem tantum*

tantum corruat? Hoc A. d. Nov. 115. c. 3. in fin. auth. ex causa. C. de lib. præterit. ubi Donell. num. 7. & 8. Fachin. 4. controvers. 10. DISS. Treutl. 2. disp. 11. th. 1. lit. c. Ant. Fab. de error. pragmat. Decad. 20. Err. 4.

III.

Sed quid si præteritio à patre ignoranter facta sit? Idem adhuc placet Donell. d. loc. num. 9. & 6. com. 13. Cujac. 10. Obs. 22. per l. fin. ff. de hered. instit. DISS. Treutl. d. loc. Fab. d. Decad. 20. Err. 9.

IV.

Num posthumus jure noviſſimo exheredari posſit? N. arg. d. Nov. 115. cap. 3 in pr. VVesenb. ad §. 2. in fin. h. t. Sichard. ad Rub. C. de posthum. hered. instit. n. 1. DISS. Connan. 9. Com. 10. num. 5. Pac. 5. quæst. 86.

V.

Exheredationis causam à testatore omiſſam, nec testamento insertam, si heres institutus probare velit, an audiendus sit? N. d. Nov. cap. 3. in fin. Connan. d. cap. 10. num. 4. Vaud. 2. quæst. 19. Fachin. 6. controvers. 76.

VI.

Si filius post injuriam, quæ justam exhe-

*redationis causam præbuerit, parenti factam, ei reconciliatus fuerit, utrum exheredatio locum habeat? N. cum Fachin. d. lib. 6. c. 79.*

*VII.*

*An liberi ob causas æquè graves, aut graviores relatis in Nov. 115. cap. 3. exheredari possint? Affirmativa, quam communiorem dicunt Schneid. in pr. h. t. num. 14. Clar. §. testamentum. quæst. 41. n. 2. Speckhan. centur. 1. quæst. 96. Fach. d. lib. 6. c. 78. an defendi possit, videb.*

## THESIS II.

Deficientibus aut justè exheredatis liberis, vel parentibus, heredes institui possunt extranei, & penitus ignoti, quos testator nunquam vidit, (*a*) etiam in infinitum, quot quis vèlit, (*b*) non minus servi, ijque tàm alieni, quàm proprij, atque homines liberi: (*c*) non tantùm purè, sed etiam sub conditione, (*d*) modò illa non sit impossibilis, vel bonis moribus ac legibus contraria, (*e*) tum enim pro non scripta habetur. Ex certo autem tempore, vel ad certum tempus à pagano (*f*) heres institui nequit, Sed, vitio temporis sublato, manet institutio. Sciendum autem errorem in nomine aut qualitate, si modò aliàs constet de mente testatoris, nec error sit in corpore,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0335
DFG

pore, non vitiare institutionem, (g) modò persona non sit instituti prohibita, qualis est peregrinus, (h) deportatus, (i) in metallum damnatus, (k) hæreticus, (l) reus criminis læsæ majestatis, & liberi ejus, (m) &c. Et si unus sit tantum heres institutus, is heres ex asse dicitur: Pluribus autem institutis & nullis partibus nominatis, æquàliter heredes sunt: partibus verò nominatis, asse quidem expleto, quilibet heredum, suam partem habet: asse verò non expleto, id quod supereſt, cuilibet pro rata accrescit: asse superato, id quod superatum est, singulis pro parte decrescit. (n)

(a) *§. & unum hominem h. t. l. 11. C. eo* (b) *d. §. & unum. ubi Dd.* (c) *in pr. h. t. l. 31 ff. eo. l. 82. §. 2. de legat. 2.* (d) *§. heres & pure h. l. 1. & t. t. ff. de condit. instit. ubi Cujac. & Wes. in parat.* (e) *§. impossibilis h. t l. 15. l. 20. in pr. ff. de condit. inst. Donell. 6. com. 18.* (f) *d. §. heres l. 34. ff. eo. Donell. d. loc. in milite autem secus l. 42. in pr. & § 1. ff. de testam. milit. l. 8. C. eo* (g) *l. 4. C. de testam. l. 5. C. h. t. l. 33. ff. de condit. & dem. Duar. h. c. 3. in pr.* (h) *l. 1. C. h. Donell. d. lib. 6. c. 17.* (i) *d. l. 1.* (k) *l. 3. ff. de his quæ pro non script.* (l) *l. Manichæos C. de hæret.* (m) *arg. l. quisquis C. ad l. Jul. Majest. de quibus personis & aliis vid. Duar. Donell. d. loc.* (n) *de quo vid. plenè*

in §. hereditas plerumq; & seqq. h. t. Donell. d. lib. 6. c. 20. & 22.

## Hinc quæritur. I.

*An heredis institutio in alterius arbitrium conferri possit? Apertè nequit. l. 32. ff. h. t. ubi Duar. c. 3. in fin. Donell. 6. com. 19. Padill. ad l. arbitrium. num. 2. ff. de legat. 2.*

II.

*An turpis demonstratio heredis institutionem vitiet? A. arg. l. 54. in pr. ff. de legat. 1. Duar. d. c. 3. in pr. Donell. d. c. 19. in pr.*

III.

*Si notarius testatorem morbo oppressum interroget, anne Titium heredem esse velit, isq; consentiat, an valeat institutio? N. l. jubemus. C. de testam. Vigl. ad §. 3. n. 11. & seqq. supr. eo. DISS. Fachin. 5. controvers. 69.*

IV.

*Heres sub conditione institutus, an pendente conditione adire vel repudiare hereditatem possit? N. arg. l. 151. ubi Gœdd. n. 2. ff. de V. S. Bronch. 2. assert. 40.*

V.

*Deportato de facto herede instituto, an fiscus,*

*fis s, an verò alij ab inteſtato ad eam hereditatem venientes, admittantur? Hoc A. l. 1. C. h. t. ubi Sichard. n. 7. Donell. 6. com. 17. Graſſ. in §. inſtitutio. q. 2. n. 2.*

*VI.*

*Si teſtator dupondium inter duos diſtribuerit, & tertium ſine parte inſtituerit, in quam partem is venire debeat? In trientem admittetur. l. 17. §. fin. h. t. Ant. Fab. 5. conj. 10. DIS S. Hotom. 8. Obſ. 2.*

## THESIS III.

Subſtitutio eſt iterata & nova, in ſecundo vel ulteriore gradu, priore deficiente, heredis inſtitutio. (*a*) Species ejus duæ ſunt, paganica, & militaris: Illius rurſum, vulgaris & pupillaris. (*b*) Vulgaris (inde dicta (*c*) quia vulgò cuivis heredi & à quovis teſtamentum faciente fieri poteſt, vel quia vulgò ex lege & directis verbis fieri ſolet) eſt, quæ fit cujuscunq; ætatis vel ordinis heredibus, cum videlicet tàm puberi, quàm impuberi, & tam ſuo, quàm extraneo heredi, ſubſtituitur: aut ſimpliciter hoc modo: (*d*) Si L. Titius heres non erit, aut eſſe non poterit, Sejus heres eſto; aut reciprocè, cum plures heredes ſibi invicem ſubſtituuntur, quæ reciproca ſubſtitutio appellari ſolet: Et hoc caſu heredibus ex diſpari-

bus partibus scriptis nulla mentione partium in substitutione habita, videntur eædem partes in substitutione datæ, quæ in institutione fuerunt expressæ. Sed si instituto heredi, & coheredi suo substituto dato, alius substitutus fuerit, ad utramque partem substitutum admitti rescriptum est. (e) Atque hæc substitutio hereditate adita ab instituto, expirat. (f)

(a) *l. 43. §. 2. in fin. h. t. ubi Duaren. c. 2. Wes. in parat. h. n. 2. Donell. 6. com. 23. Chiflet. h. tr. cap. 4.* (b) *arg. Rub. ff. & Inst. h. t. DISS. variè Dd. alij sex. alij 5. alij 4. alij 3. substitutionum species constituentes. De quibus quid sentiendum vid. Duaren. h. c. 2. Donell. d. c. 23. Chiflet. d. tr. c. 5.* (c) *Wesenb. in parat. h. num. 4. Vulte. ad pr. Inst. eod. num. 5.* (d) *in pr. h. t. l. 36. & seq ff. eo. Duaren. h. c. 9. & 10. Donell. d. lib. 6. cap. 24. Connan. 10. com. 7. Wesenb. d. num. 4.* (e) *§. & si ex disparibus. ubi Wesen. & Vulte. h. t. Quid autem hoc casu differat jus accrescendi & substitutionis vid. Sichard. in l. 1. num. 2. C. de impub. & al. subst. & quæ ejus differentiæ utilitas, vid. eundem in l. 6. n. 4. eod. tit.* (f) *l. 5. C. d. t. Duar. d. c. 10. pag. 384. vers. aliud hic, ubi hujus regulæ ponit exceptionem ex Novell. 1. In d. autem l. 5. per DIRECTAS substitutiones, intelligi vulgares, ostendit Donell. d. c. 24. pag. 82. in pr. & latè Dauth. de substitut. pag. 924.*

## Hinc quæritur I.

*Substitutio vulgaris in unum casum facta, si*

*Eta, si heres non erit, an ad alium, si heres esse non poterit, extendi debeat? N. l. 21. ff. h. t. Chiflet. h. tract. cap. 11. Fachin. 4. controverſ. 61. DISS. Bart. in l. 1. h. t. Menoch. 4. præſumpt. 65. num. 2.*

II.

*Si filius fam. heres inſtitutus, hereditatem adire recuſet, an pater adire volens ſubſtitutum excludat? N. cum Donell. 6. com. 24. Fachin. d. lib. 4. cap. 63. DISS. Loriott. de ſubſtitut. axiom. 22. 23. & ſeq.*

III.

*An fiſcus excludat ſubſtitutum, cum inſtituto ut indigno auferatur hereditas? N. l. un. §. cum autem. C. de caduc. toll. auth. hoc amplius. C. de fideicom. Fachin. 5. controverſ. 64. Loriot. d. loc. axiom. 26. & ſeq. DISS. Connan. 10. com. 7. num. 5. in fin. Treutl. 2. diſp. 11. theſ. 7. in fin.*

IV.

*Si inſtitutus ætatis beneficio, contra hereditatis additionem reſtitutus ſit, an ſubſtitutio, quæ hereditatis aditione evanuerat, in integrum reſtitutione convaleſcat? A. l. 44. ff. de re jud. l. 2. §. ergo etiam. h. t. Donell. 6. com.*

*6. com. 24. pag. 83. in fin. Ant. Fab. 3. conj. 4. Fach. 4. controverſ. 73. DISS. Cujac. ad l. 7. §. 10. ff. de minor. Duar. h. c. 10.*

*V.*

*Teſtator ſervum quem patrem fam. eſſe arbitrabatur heredem inſtituit, eiq; ſubſtitutum dedit: ſubſtitutus quidem etiam admittitur ad hereditatem, ſed tantum in partem. An in dimidiam? A. in fin. ubi VVeſ. h. t. juncta l. 164. §. 1. in fin. ff. de V. S. Chiflet. h. tr. . c. 12. Donell. 6. com. 24. Vacun. declar. 85. vid varias Dd ſententias apud Treutl. d. diſp. 11. th. 6. lit. b.*

*V I.*

*Si duobus heredibus inſtitutis Titio & Cajo, teſtator Titium Cajo ſubſtituerit, & Titio Sempronium, jurenè ſubſtitutionis, an jure accreſcendi, utroq; inſtituto deficiente, Caji portionem Sempronius accipiet? Illud A. §. ſed ſi inſtituto. ubi VVeſ. h. t. l. 27. l. 41. ff. eo. Gomez. 1. reſol. 3. n. 26. & ibi Soaretz. in addit. DISS. Dd. commun. ad l. 6. C. h. t.*

## THESIS IV.

Pupillaris ſubſtitutio eſt, quæ à parentibus, ſibi ipſis primò teſtamento facto, (*a*) fit tantum liberis. (*b*) Eſtq; vel vera, vel quaſi pupillaris:

laris: (e) Illa est, qua parentes liberis impuberibus, in potestate constitutis, etiam exheredatis, de herede provident, in hunc casum: (d) Filius mihi heres esto; si heres non erit, sive erit, & intra pubertatem decesserit, Sejus heres esto. Et quia hæc substituendi forma, duos complectitur casus, non aditæ, & aditæ hereditatis, rectè etiam duplex appellatur. (e) Hæc (quam exemplarem Dd. nominant) est, qua parentes utriusq; sexus, liberis suis, etiam puberibus, mente captis (f) & furiosis (g) certas personas substituunt. Et hæc defectu morbi vel furoris; (h) illa defectu ætatis extinguitur. (i) Deniq; militibus, & vulgariter & pupillariter, licet testamentum non fecerint, quocunq; modo voluerint, etiam ultra pubertatem, vel expresse ad certum tempus, si filius intra 25. annum ætatis decesserit, vel sine certo tempore, quandocunq; decesserit, liberis tam emancipatis quã suis jure singulari substituere concessum est. (k) Quam substitutionem Dd. compendiosam appellant.

(a) *l. 2. §. 4. h. t. Est enim pupillare testamentum pars, & sequela paterni testamenti. §. liberis autem. h. t. vid. infr. q. 1.* (b) *Duar. h. c. 11. Donell. 6. com. 25. Vulte. ad pr. h. n. 1.* (c) *in pr. junct. §. qua ratione. h. t. Duar. h. c. 5. & 6. & 2. disput. 7. Vulte. 1. IP. 73.* (d) *in pr. h. t. ubi Dd. Wesenb. in parat. ff. eo. n. 5. Connan. 10. com. 8. Donell. d. lib. 6. c. 26.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0351
DFG

6. c. 26. (e) in l. 1. §. 1. ff. h. t. vid. Duar. c. 8. (f) §. qua ratione. h. t. Donell. d. lib. 6. c. 27. Connan. d. c. 8. (g) arg. d. §. qua ratione. ubi Vigl. n. 3. & seq. Mynsing. n. 4. Sichard. ad l. 9. n. 2. & 3. C. de impub. & al. substitut. (h) d. §. Duar. h. c. 16. (i) in pr. h. t. Duar. d. loc. (k) l. 41. h. t. l. 4. 5. 6. l. 28. ff. de testam. milit. l. precibus. ubi Sichard. & Donell. C. de impub. & al. substitut. Duar. h. c. 7.

## Hinc quæritur. I.

*An substitutio pupillaris scripta ante institutionem valeat? Disting. cum Donell. 6. com. 25. Pac. 5. q. 92. Vulte. ad pr. h. n. 9. DISS. Treutl. 2. disp. 11. th. 8. lit. g. Schegk. disp. inst. 10. th. 28. lit. a.*

II.

*An etiam parens liberis suis mutis & surdis, absq; speciali permissu principis, possit substituere? N. l. 43. in pr. h. t. Cujac. in parat. C. de impub. & al. subst. Vulte. ad pr. supr. de vulgar. n. 8. DISS. Donell. 6. com. 27. & Dd. commun.*

III.

*Si suus heres paterna hereditate se abstinuerit, an propter nudam suitatem testamentum patris valeat & tabulæ pupillares? N. l. 11. §. idem Iulianus. ff. ad SC. Trebell. Ant. Fab.*

Fab. 2. conj. 2. Vigl. ad §. 1. n. 21. h. t. DISS. Cujac. lib. 3. Q. Papin. ad l. 12. h. t. Donell. 6. com. 25. Vulte. ad pr. h. t. n. 10.

IV.

Num sicut expressa pupillaris matrem excludit, ut ne quidem de inofficioso testamento conqueri possit, ita etiam tacita excludat? A. l. fin. C. de instit. & subst. Donell. ad l. precibus. n. 5. C. de impub. & al. subst. Vigl. ad pr. h. t. n. 16. DISS. Hakelman. ill. quæst. disp. 16. th. 20. lit. c. & ab eo alleg.

V.

Si verbis civilibus directè ultra pubertatem facta sit substitutio à pagano, an ea valeat in vim fideicommissi? N. l. centurio. ff. h. t. Cujac. ad l. 7. in fin. h. t. Vaud. 2. q. 12. DISS. Donell. 6. com. 25. Vigl. ad §. 1. n. 16. & seq. h. t.

VI.

Si mente capti vel furiosi semel resipuerint, & postea in furorem reciderint, an evanuerit substitutio? N. l. 9. C. de impub. & al. subst. arg. l. qui tertiana ff. de ædil. edict. Vigl. in §. 2. h. t. Donell. 6. com. 27.

Si mi-

VII.

*Si miles filio post pubertatem substituat, utrum matre in medio existente, bona patris jure directo an jure fideicommissi ad substitutum pertineant? Illud A. l. centurio h. t. l. precibus C. de impub. & al. subst. Donell. 6. com. 25. Fach. 4. controvers. 44. DISS. Gomez. 1. resol. 7. n. 5.*

# Corollar.

Si testator conjunctim instituit heredes, filium & nepotem, an simul succedere debeant? *A. Fachin. 4. controvers. 78.*

## PARERG.

Rusticus de re sua allodiali, an infeudare aliquem possit?

*Disputatio VI.*

*LIBRI II. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# TESTAMENTORVM INFIRMATIONE.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis Westph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia*

*Respondebit*

IOANNES GVLOW

è Prignissis Prizlücensis.

*Loco horisq; solitis, ad diem*

*16. Septemb.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0359

DFG

# Thesis I.

HActenus expositis modis fieri debent testamenta jure civili Romanorum, de quibus si quid est omissum, sunt injusta. Sed & si fuerint omnibus hisce suis numeris absoluta, accidit tamen plerumque ut infirmentur. Injusta sunt ea, quæ statim ab initio, non valent, & propriè dicuntur, vel non jure facta, quæ sua non habent juris solemnia, puta si non fuerint septem testibus comprobata: Vel nulla, in quibus filius, qui in potestate est, & quem lex jubet nominatim institui vel exheredari, est præteritus. (a) Infirmantur testamenta, vel ipso jure, vel officio judicis implorato. Ipso jure, cum aut rumpuntur, aut irrita fiunt. Rumpuntur, cum in eodem statu manente testatore, ipsa jura testamentorum vitiantur. (b) Idque fit vel sui heredis agnatione, vel mutatione. Agnatio vel vera est, cum sc: is ex liberis, qui nondum natus erat cum testamentum fit, & qui si nasceretur, Suus

herès nasciturus esset; testamento præteritus est, deinde nascitur vel vivo testatore vel mortuo: (c) vel Quasi, quæ contingit aut successione in locum priorum heredum, (d) aut adoptione. (e) Mutatione rumpitur testamentum contraria testatoris voluntate, puta rescissione, resignatione, deletione consultò facta, (f) vel alio testamento jure perfecto postea facto; quippe perfectum primum secundo imperfecto non tollitur, (g) nisi fortè in eo heredes ab intestato venientes, in perfecto verò extranei sint instituti. (h)

(a) *l. 1. ff. de injust. rupt. ubi Wesenb. in parat. Duar. c. 2. Vulte. ad pr. quib. mod. testam. infirm. num. 2.* (b) *d. pr. h.* (c) *l. 3. & seqq. ff. d. t. Duar. ibid. c. 3. Connan. 9. com. 7. num. 7. & 10. Donell. 6. com. 16.* (d) *l. 13. d. t. Donell. d. c. 16. vid. Ant. Fab. per tot. lib. 9. conj.* (e) *§. rumpitur autem. Inst. d. t. ubi Vulte. num. 8. l. 8. ff. d. t.* (f) *l. 1. ff. de his quæ in testam. del. vid. Duar. d. loc. c. 5. Donell. d. c. 16.* (g) *l. 1. ff. de injusto rupt. §. posteriore quoq. Inst. d. t. ubi Dd.* (h) *l. 2. ff. d. t. l. 21. §. si quis C. de testam. Excipiunt Dd. & alium casum. si sc: testamentum posterius factum sit jure militari. An verè vid. Vult. ad §. 2. n. 4. Inst. d. t.*

Hinc

## Hinc quæritur. I.

*An clausula codicillaris testamento adjecta, operetur ut posthumus ignoranter præteritus, qui testamentum rumpit, teneatur scriptis heredibus restituere hereditatem ex fideicommisso? N. cum Fachin. 4. controvers. 12. Grass. §. testamentum. q. 36. num. 21. ubi vid. DISS.*

*II.*

*Si posthumus præteritus, vivo adhuc testatore rursum moriatur, an illius morte convalescat testamentum? De jure Prætorio convalescere. A. l. 12. in pr. ff. de injust. rupt. Forcat. in Necyom. Dial. 10. Donell. 6. com. 16. in fin. Pac. 5. q. 88. DISS. Treutl. 2. disp. 10. th. 7. lit. a.*

*III.*

*An per legitimationem filij rumpatur testamentum? A. arg. Nov. 12. c. 4. in fin. Grass. d. §. q. 77. Schurpf. cent. 1. consil. 1. num. 14. Covarr. de matrim. p. 2. c. 8. §. 8. num. 3.*

*IV.*

*Testamentum factum ante religionis ingressum,*

greſſum, an per ingreſſum infirmetur, ſecuta ſc: profeſſione? N. arg. Nov. 5. c. 5. in pr. & Nov. 16. in pr. Fachin. 6. controverſ. 14. Loriot. de injuſt. rupt. axiom. 10. DISS. Ioan. Fab. in auth. ſi qua mulier. C. de SS. Eccleſ. poſt Accurſ. ibid.

V.

Si teſtator ſe teſtamentum primum non revocaturum juraverit, an juramento non obſtante illud nihilominus facere poſſit? A. Fachin. 4. controverſ. 8. Covarr. ad Rubr. extr. de teſtam. p. 2. num. 24. & ſeqq. ubi refert tres diverſas Dd. opiniones.

VI.

An igitur facta revocatione teſtator perjurij reus ſit? A peccato, inſpecto maximè jur. canon. eum non facile excuſaverim, cum Covarr. d. p. 2. n. 52. Graſſ. d. §. q. 87. n. 2.

VII.

Si duo teſtamenta, uno die confecta proferantur, utrum valeat? Si non conſtet, utrum ſit prius, aut poſterius, neutrum valebit. arg l. 1. §. 1. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. Graſſ. d. §. q. 91. Mynſ. ad §. poſteriore. n. 4. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.

THE-


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0370
DFG

## THESIS II.

Irrita fiunt testamenta, cum rebus omnibus alijs integris, in eum casum deveniunt, ut exitum habere non possint. (a) Is casus aut à testatore est, aut ab herede. A testatore; cum is post testamentum factum patitur capitis diminutionem maximam & mediam. (b) Minima autem, excepta ea quæ arrogatione contingit, testamento nihil officit. (c) Ab herede, pluribus modis, & generaliter cum heres non adijt, (d) vel quia noluit, cum jure posset, hoc est, vel repudiavit, cum esset extraneus, (e) vel abstinuit, cum esset suus (f) nec alius ei sit substitutus, aut alius cum eo institutus, cui portio deficiens accrescat, (g) Vel quia etsi voluisset, jure tamen non potuisset, impeditus nimirum aut natura sive fato sive necessitate, ut si ante testatorem vel conditionis eventum, vel interim dum deliberat, nec dum plenè deliberavit, morte præventus est: (h) aut jure, ut si ab hereditate arceatur, quod sit hereditate vel indignus, vel incapax. (i) Officio judicis infirmantur testamenta, per querelam in officiosi testamenti. Inofficiosum testamentum est, quod certis personis immeritò exheredatis, non ex officio pietatis factum videtur. (k) Querela inofficiosi testameni, est petitio hereditatis

subsidiaria, qua testamentum inofficiosum rescinditur, & ad hereditatem legitimam aditus præparatur. (l)

(a) *Donell. 6. com. 16. pag. 42. Vulte. ad §. 4. n. 2. Inst. quib. mod. testam. infirm.* (b) *d. §. 4. Loriot. de injust. rupt. axiom. 4. Donell. d. loc. Connan. 9. com. 7. n. 13.* (c) *l. 11. §. 2. ff. de bon. poss. secund. tab. l. 8. §. 3. ff. de jur. codicill. Connan. d. c. 7. n. 15. Ant. Fab. 10. conj. 18. Loriot. d. loc. axiom. 6. in fin. Vigl. ad d. §. 4. n. 4. Vulte. ibid. n. 5.* (d) *l. 1. in fin. ff. de injust. rupt. ubi Duar. c. 4. Loriot. d. loc. axiom. 4.* (e) *§. extraneis. infr. de hered. qual. & diff.* (f) *l. 57. ff. de acq. vel omitt. hered. l. 1. & l. 1. C. de repud. vel abst. hered.* (g) *Vulte. ad §. 4. n. 7. Inst. quib. mod. testam. infirm. adde etiam, nisi institutus sit rogatus hereditatem alteri restituere. l. 4. l. 14. §. 1. ff. ad SC. Treb. Sichard. ad l. 16. n. 18. C. de jur. delib.* (h) *Vulte. d. loc.* (i) *l. 1. C. de his quib. ut indig. & l. 1. C. de Cad. toll. Vult. d. loc.* (k) *l. 1. & seqq. ff. de inoff. testam. Vulte. ad pr. Inst. eo. num. 2. Donell. 19. com. 4.* (l) *vid Donell. de lib. 19. c. 3.*

## Hinc quæritur. I.

*An emancipatione testatoris irritum fiat ejus testamentum? N. l. 6. §. fin. ff. de injust. rupt. Donell. 6. com. 16. pag. 43. Vulte. ad §. 4. n. 6. Inst. quib. mod. testam. infirm.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0375
DFG

*infirm. vid. §. sed & si quis. vers. denig & ibi Dd. supr. de testam. milt.*

*II.*

*An dispositio §. non tamen per omnia. Inst. d. t. etiam locum habeat de jure prætorio, in testamento nuncupativo? N. cum Vigl. & Vulte. Lin. ad d. §. per l. fin. C. de bon. poss. sec. tab.*

*III.*

*An hereditas repudiata esse intelligatur, cum quis dixit, se nolle adire hereditatem? Si deliberatè quis dixerit, A. l. recusari. ff. de acq hered. Menoch. 4. præsumpt. 102. num. 5. Fach. 6. controv. 49.*

*IV.*

*Ex contrario igitur, his verbis,* Volo hereditatem adire, *deliberatè prolatis, adita censetur hereditas. §. fin. ubi Vigl. n. 2. Vulte. num. 3. Balduin. & Lin. infr. de hered. qual. & diff. l. si avia. C. dejur. deliber. Fachin. d. lib. 6. cap. 50. DISS. Ioan. Fab ad d. §. fin.*

*V.*

*An filius heres à patre institutus, reten-*

ta legitima, reliquam hereditatem omittere posit? N. arg. l. 7. ff. de R. I. l. 2. ff. de acq. hered. Sichard. & Dd. commun. in l. 3. C. de impub. & al. subst. DISS. Vaud. 1. q. 52.

VI.

An filius feudum, hereditate reliqua omissa, retinere posit? Posse Dd. comm. placet, si sit feudum ex pacto & providentia. Pinell. in l. 1. C. de bon. mat. part. 3. num. 85. Gail. 2. obs. 154. Mynsing. 3. obs. 67. Vid. Hartman. Pistor. 3. q. 2. n. 6. & seqq.

VII.

Agnatos autem etiam feudum antiquum, hereditate repudiata, retinere posse, concludunt per text. in c. 1. an agnat. vel fil. Gail. d. obs. n. 18. Zas. de feud. p. 8. n. 16.

VIII.

Querela inofficiosi testamenti, an jure civili, vel prætorio sit introducta? Utrog. eam introductam ajo. l. 8. in pr. ff. de bon. poss. contr. tab. Vigl. ad §. tam autem. n. 6. Inst. de inoff. testam. Vulte. ad pr. ejusd. t. num. 3. DISS. Cujac. 2. obs. 21. & 3. obs. 8. Cont. 1. subsec. lect. 3. aliter Chiflet. in tr. de port. c. 4. Donell. 19. com. 4.

THE-

# THESIS III.

Competit autem querela, liberis utriusque sexus, (a) sive sui sint, sive emancipati, (b) ijque vel naturales & legitimi, vel legitimi tantum, puta ab ascendente aliquo adoptati. (c) Naturalibus autem tantum contra patris sui, vel avi paterni testamentum querela non datur, (d) licet in matris (nisi illa sit illustris) (e) aut avi materni testamento secus sit. (f) Liberis non extantibus, datur querela parentibus utriusque sexus, contra liberorum suorum testamenta, modò ab intestato fuissent successuri. (g) Denique datur fratribus germanis & consanguineis, si turpes personæ hæredes sint institutæ. (h) Et prædictæ personæ non tantum ipsæ querelam intentare possunt, sed etiam eam transmittunt ad heredes Suos semper, ad extraneos non nisi præparatam. (i) Et quidem contra omnes qui testamentum defendunt, veluti heredem institutum, (k) ejusq; successorem, (l) fideicommissarium universalem, (m) & fiscum bona defuncti occupantem. (n) Cessat autem judicij defuncti agnitione, suo non alieno nomine, (o) elapso quinquennio, (p) relicta legitima tota vel ejus parte, (q) quo casu ad supplementum legitimæ agitur, (r), & alijs modis.

(a) in

(a) *in pr. h. t. l. 1. l. 3. §. ff. eod.* (b) *per tionem, quæ est in disput. præced. th. 1. lit. c.* (c) *§. am autem. h. t.* (d) *arg. l. 23. & seq. ff. de stat. hom. Schneid. ad § 1. num. 4. h. t. Wesenb. in parat. C. eod. num. 7.* (e) *arg. l. pen. C. ad S C. Orfic. Duar. h. c. 6.* (f) *l. 19. §. 1. h. t. Wesenb. Duar. d. loc.* (g) *§. non tantum h. t. l. 1 l. 14. cum seq. l. 30. h. t. Duar. h. c. 7. Connan. 9 com 9. n. 3. Walther. 1. miscell. 17. Cujac. 8. obs. 23.* (h) *l. 21. l. 27. C. h. t. Duar. c. 8. Donell. 19. com. 4.* (i) *l. pen. in fin. C. h. t. Duar. d. c. 8 circa fin. Donell. d. lib. 19. c. 6. Cujac. lib. 5. Q. Papin. ad pr. l. 8. h. t.* (k) *l. 25. §. 1. l. 27. §. 3. l. 29. in pr. h. t. ubi Duar. c. 9. Donell. d. lb. 19. c. 8.* (l) *quia heres heredis, heres quoq; est testatoris. l. fin. C. de hered. instit. Duar. Don. d. loc.* (m) *l. 1. ubi Sichard. C. h. t. Govean. 1. var. lect. 5. n. 4. Duar. Donell. d. loc.* (n) *l. 10. C. h. t.* (o) *l. 8. §. 10. ff. h. Duar. h. c. 17. vers. secunda exceptio. Donell. d. lib. 19. c. 6. l 8. C. h. t. ubi Sichard. num. 7. & seq. ubi tradit secus esse in querela inofficiosæ donationis.* (p) *d. l. 8. §. fin. h. t. Duar. h. c. 11. Donell. d. c 6. Sich. d. loc. n. 11.* (q) *§. tam autem. ubi Dd. h. t. l. 8. §. 6. §. 8. ff. eod. l. 30. C. eod. Donell. d. lib. 19 c. 4.* (r) *d. §. tam autem. & d. l. 30. Donell. d. c. 5. in fin.*

## Hinc quæritur. I.

*Militare testamentum, jure hodierno inspecto, an subjaceat querelæ? N. l. fin. C. h. t. juncta l. 27. C. de testament. Vigl. ad §. sed si. Inst.*

*Inst. de exher. lib. Fachin. 6. controvers. 74. DISS. Covarr. ad c. quia nos. extr. de testam. post Gl. in d. l fin.*

II.

*An filio juste exheredato, nepotes praeteriti, avi testamentum querela impugnare possint? N. l. 34. vers. sed nos. C. h. t. Gomez. 1. resol. 11. num. 21. Cujac. ad l. 6. ff. de injust. rupt. Hotom. 5. obs. 15. DISS. Costal. ad l. 14. ff. h. t. Duar. c. 8. ibid. in fin.*

III.

*An per patrem testamento ut inofficioso impugnato, succedant cum ipso etiam fratres defuncti? N. cum Vigl. ad §. non tantum. h. t. Vulte. ad pr. eo. n. 9. DISS. Ang. Fab. ad d §.*

IV.

*Ergo nec fratrum filios cum patruis succedere, patruo per querelam intestato facto, assero cum Vulte. d. loc. n. 10.*

V.

*An legitima titulo institutionis sit relinquenda? De jure novissimo A. Nov. 115. c. 3. in pr. VValther. 1. Miscell. 9. Ant. Fab. de Err. pragmat.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0385
DFG

*pragmat. Decad. 14. Error. 5. Vigl. Mynsing. Schneid. ad §. fin. h. t. DISS. Vaud. 1. q. 5.*

*VI.*

*Si testator in testamento suo dixerit, pro legitima filio meo centum relinquo, an instituisse videtur? A. cum Covarr. in c. Rainutius. §. 1. num. 6. & seq. extr. de testam. DISS. Durant. de art. testand. tit. 3. cautel. 1. n. 1.*

*VII.*

*An legitima statuto in totum tolli possit? N. arg. l. 8. ff. de R. I. §. pen. supr. de jur. N. G. & C. Gail. 2. obs. 122. Chiflet. in tr. de portion. c. 16. Fachin. 4. controvers. 32. DISS. Vid. apud Gras. in §. legitima q. 42. n. 2.*

*VIII.*

*Supplementum legitimæ, integra ea non relicta, qua actione petatur? Condictione ex lege. l. 30. in pr. C. h. t. ubi Ias. n. 3. juncta l. un. ff. de condict. ex leg. DISS. Hotoman. 5. observ. 22.*

*IX.*

*Ei actioni quanto tempore præscribatur? Annis tantum 30. cum communi astruo. contra Accurs. in l. 34. C. h. t. Cujac. consultatione ultima.*

Corol.

# Coroll.

I.

Valeatnè statutum, ut pater teneatur solvere legitimam ex delicto filij? *De jure N. Moller. 3. semest. 6. num. 2.*

II.

An sumptus studiorum à matre filio suppeditati, in legitimam sint computandi, aut saltem conferendi? *Regular. N. Thoming. decis. 32.*

# PARERG.

I.

An appellatio quæ viva voce ab omnibus suis requisitis perficitur,

tur, æquipolleat ei quæ in scriptis formatur?

II.

An lite pendente Iudex executionem instituere, aut novare quid possit?



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0390
DFG

*Disputatio VII.*

*LIBRI II. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# IVRE LEGATORVM.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis Westph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia*

*Respondebit*

IOCHIMVS ERICH,

Gryphiswaldens. Pom.

*Loco horisq; solitis, ad diem*

*3. Septemb.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0393

DFG

# Thesis I.

HActenus de jure Testamentorum dictum est: restat ut de legatis, tanquam illorum accessorijs (a) videamus. Legatum est (b) donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præstanda. (c) Genera legatorum olim erant quatuor (d) quibus sublatis, ita omnium legatorum una eademque est natura, idemque jus; ut singularibus fideicommissis per omnia sint adæquata. (e) Et dari possunt à quovis cui de bonis suis disponendi facultas est libera (f) & relinqui omnibus qui ex testamento vel qua alicujus ultima voluntate capere possunt, etiamsi ipsimet testari non possunt, (g) ut sunt furiosus, posthumus, infans, filiusfam. servus alienus. Removentur ergo deportati, in metallum damnati, hæretici, collegia illicita, & omnes quos ex testamento nihil capere, sive heredes instituti non posse, supra (h) diximus.

(a) Gl. & Dd. ad Rubr. ff. h. t. (b) In pr. h. t. vide alias definitiones veterum ICtorum quas examinat. Cujac. ad l. 1. ff. de legat. 1. Donell. 8. com. 1. (c) hæc verba posteriora non esse imperiti interpretis, rectè astruunt Bald. Mynsi. Vult. ad pr. h. Donell. d. c. 1. Ant. Fab. 6. conj. 1. contra Hotom. Borch. ad d. pr. Walther. 1. miscell. 7. (d) §. sed olim h. t. (e) §. nostra autem & seq. eo. Pac. 6. q. 2. Donell. 8. com. 2. Fachin. 5. controv. 30. (f) l. 2. de leg 1. l. 1. de leg. 3. Donell. d. lib. 8. cap. 5. Vult. 1. IP. 76. (g) §. legari ubi Wesenb. & Dd. com. h. t. Donel. d. lib. c. 6. (g) disp. 5. th. 2.

## Hinc quæritur. I.

*Sitne, legatum an vero inter vivos Donatio, cum quis in testamento donat aliquid præsenti & acceptanti? prius. A. arg. l. dictantibus C. de Testam. Fachin. 5. controv. 32. DISS. Menoch. 4. præsumpt. 105. num. 15. & 19.*

II.

*An qui de statu suo dubitat, si miles sit, legare possit? N. cum Cujac. in tit. ff. h. pag. 534. in fin. DISS. Accurs. in l. 1. ff. de leg. 3.*

III.

*Vtrum fiscus succedens in bona vacantia teneatur legata præstare testamento vel Codi-*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0399
DFG

Codicillo relicta. A. l. 96. §. 1. ff. de legat. 1. l. 14. ubi Cujac. ff. de jure fisci Fach. 6. controv. 22. ubi refert. DISS.

IV.

An ei, qui testamenti tempore in rebus humanis nondum est, sed tamen in utero conceptus est, sive instituendo, sive legando, relinqui aliquid possit? A. §. posthumo h. t. ubi vide Balduin. VVes. Vult. Alciat. 9. parerg. 1. Donell. 6. com. 10.

V.

An relicta ad pias causas, causa deficiente, fiant caduca, an vero ad alias pias causas converti debeant. Hoc A. arg. l. 16. ff. de usufr. leg. facit supr. disput. 1. hujus lib. thes. 1. q. 3.

VI.

Hinc relictis 10. aureis Ecclesiæ D. Mariæ, cui in eo loco sunt tres dicatæ, ne intercidat legatum, inter illas æqualiter illud dividendum, nisi aliud ex conjecturis testatorem voluisse appareat, communis est Dd. sententia teste Covarr. in cap. 4. num. 2. extr. de Testam. per textum in cap. cum quis. in fin. pr. de sepultur. in 6.

# THESIS II.

Forma relinquendi legata solemnis hodie non est. Nam quibuscunq; verbis ac formulis (a) ut & nutu quoq; relinquuntur, quinq; testibus adhibitis, in quavis ultima voluntate (b) quovis modo, etiam cum pœnæ adjectione (c) idq; vel purè (d) vel cum adjectione diei (e) conditionis, (f) modi (g) causæ (h) demonstrationis (i) adeo ut propter falsam demonstrationem rei legatæ, aut falsam causam legandi, (k) aut propter errorem in nomine legatarij, vel rei legatæ, modo de mente testatoris constet, (l) aut propter minus congruum ordinem scripturæ, (m) aut si legatum sit post mortem heredis vel legatarij, (n) legatum non vitietur, sed valeat. Imo non uni tantum sed & pluribus sive conjunctim sive disjunctim eadem res legari potest, in eodem testamento & ab eodem testatore. Et si omnes ad legatum perveniant, scinditur inter eos legatum: si vero alter deficiat, sive sponte, sive fortuna, totum ad collegatarios pertinet. (o)

(a) *Si nostra autem h. t. l. 21. C. eo.* (b) *l. 21. ff. de leg. 3. l. 22. C. de fidei com. l. ult. §. fin. C. de Codicill. Vaud. t. q. 26.* (c) *§. fin. h. t. Balduin. in suo Iustin. lib. 1. pag. 8. in fin. & seq.* (d) *l. 1. & t. t. ff. de condit. & demonst.* (e) *d. l. 1.* (f) *d. t.* (g) *t. t. C. de*

C. de his quæ sub mod. ubi Cujac. in parat. (h) §. longe magis h. (i) §. huic proxima. eo. De quib. omnibus vide Donell. 8. com. 14. (k) d. §. longe magis cum seq. (l) §. siquidem. eod. l. 4. ff. de leg. 1. Donell. d. lib. c. 4. (m) §. ante heredis h. l. 77. § 12. de leg. 2. (n) §. pen. h. l. 11. C. de contrah. stipul. (o) §. si eadem. h. ubi prolixè Dd.

## Hinc quæritur. I.

*Si error sit in nomine appellativo, an vitiet legatum? Disting cum Balduin & Lin. ad §. siquidem in nomine h & ibidem Schneid. n. 4. Mynsf. num. 11. Vult. num. 3. vide Vacun. declar. 56.*

*II.*

*Cum duobus Feudum concessum est, uno mortuo, an alteri pars morientis accrescat, an vero ad dominum redeat? Hoc A. c. un. 2. feud. 12. Costal. in l. 1. § idem ait ff. de usufructu accresc.*

*III.*

*An inter conjunctos re & verbis simul locum habeat jus accrescendi? A. §. si eadem ubi Borch. h. t. l. 1. §. 3. de usufr. accresc. Forcat. Necyom. Dial. 68. num. 4. DISS. Robert. 2. Sent. 25. in fin.*

*IV.*

*Idem inter conjunctos re tantum juris est. d. §. si eadem & ibi Borch. Forcat. d. loc. DISS. Govean. lib. sing. de jure accresc.*

*V.*

*Vt & inter conjunctos verbis tantum. l. 41. ff. de leg. 2. Gæd. ad. l. 142. n. 10. Donell. 7. com. 13. DISS. Anton. Fab. 6. conj. 1. Cujac. 15. observ. 4. & 24. obs. 34.*

*VI.*

*Vlterius mixtim conjunctos, reliquis præferri, si ita concurrant, patet ex l. 89. ff. de legat. 3. ubi Dd. com. Forcat. Necyom. Dial. 59. n. 1. de V.S. Donell. ad l. 5. 6. 7. ff. de reb. dub. & d. c. 13.*

*VII.*

*Quod si concurrant re tantum & verbis tantum conjuncti? Verbis conjunctum re conjuncto præferunt. Duar. lib. 2. de jure accresc. cap. 11. & 13. Cujac. 24. obs. 34. in fine DISS. Gomez. 1. res. 10. num. 32. Forcat. d. Dial. num. 4.*

## THESIS III.

Et legari possunt hoc modo res omnes tam

tam corporales quam incorporales, (a) mobiles quam immobiles: (b) ita tamen ut sint, non solum in rerum natura, aut futuræ sperentur, sed & in hominum commercio. (c) Et legari possunt, tam generaliter, quam specialiter: ita ut in generali legato, electio sit legatarij, nisi testator aliud dixerit. (d) Nec refert res legata an testatoris sit, an heredis, an legatarij (modo hoc casu utilitatem aliquam legatum (e) contineat) an cujuslibet alterius (f) an communis. Ita tamen, ut si res aliena legetur ab ignorante relictum non valeat. A sciente vero (scientiam autem legatarius probabit) factum semper valet: (g) & si redimi non possit, præstanda est æstimatio, quamvis illam rem ex causa non lucrativa, sed onerosa legatarius acquisivisset. (h) Atque ita reliqua legata, effectus legati est, quod statim à morte testatoris dominium juris fictione transeat in legatarium, (i) possessionem vero non propria auctoritate apprehendere, sed competentibus actionibus, Rei vindicatione, Hypothecaria, & personali persequi debet, (k) quibus tum rem legatam, tum ejus accessiones & fructus à tempore moræ consequitur.

(a) *§. tam autem h. t. Loriot. de legat. axiom. 2. & seqq.* (b) *t. t. ff. de fund. leg. de suppell. leg.* (c) *l. 24. in pr. de leg. 1. l. 17. de leg. 3. §.*

non solum. h. (d) §. si generaliter eo Cujac. ad l. 37. §. 1. de leg. 1. Balduin. in suo Justin. lib. 2. pag. 81. & seqq. Bronch. 3. assert. 49. (e) §. ex contrario cum seq. h. Loriott. axiom. 1. (f) d. §. non solum §. 1. infra de sing. reb. per fideicom. relict. Donell. 8. com. 11. (g) d. §. non solum. (h) d. §. cum seqq. (i) l. 64. ff. de furtis Wesenb. in parat. ff. de legat. 1. n. 9. (k) arg. l. 13. ff. quod metus causa l. 5. ubi latè Sich. C. h. t. l. 1. ff. com. legat. l. 1. & 2. C. commun. de legat. d. l. 1. & 2. Anton. Fab. 7. conj. 3. & de error. pragmat. Decad. 11. Err. 2.

## Hinc quæritur. I.

*Si legetur Feudum alicui, utrum heres saltem ad æstimationem præstandam legatario teneatur? N. cum Fachin. 5. controvers. 37. Gail. 2. obs. 154. n. 13. per textum in c. unico in pr. 1. Feud. 8. & c. 1. §. donare. 2. f. 9.*

### II.

*An liceat uni igitur ex filijs prælegare Feudum? N. cum Cujac. 4. Feud. 54. Fachin. 6. controvers. 62. ubi refert varias DISS. opiniones.*

### III.

*Si ususfructus legetur cum onere, nelegatarius*

*tarius rem alienat, an censeatur legata proprietas? N. l. 71. §. fin. ff. d. condit. & demonst. l. 69. ff. de legat. 3. Pinell. ad l. 1. p. 3. num. 42. C. de bonis mater. DISS. Gail. 2. obs. 143. num. 7.*

*IV.*

*Vtrum favor piæ causæ legatum rei alienæ, quam testator suam putavit, sustineat? A. arg. l. 10. & l. sunt personæ ff. de relig. l. 16. C. de SS. eod. l. 25. §. 2. ff. ad SC. Trebell. Sichard. ad l. 6. num. 10. C. h. t. DISS. gl. & Panorm. in c. 5. extr. de testam.*

*V.*

*An legatum rei alienæ de jure Canonico valeat? A. arg. l. Sancimus C. de testam. Fach. 5, controvers. 38. DISS. Sichard ad d. l. 6. num. 9.*

*VI.*

*Si res mea mihi legetur, & post testamentum factum mea esse desinat, an convalescat legatum? N §. sed si rem ubi Cujac. in not. h. t. l. 41. §. 1. de legat. 1. Pac. 6. q. 7. Vult. ad §. 29. num. 2. h. t.*

*Si te-*

*VII.*

*Si testator fundum communem legavit, utrum totus legatario debeatur, an vero saltem jus quod testator in eo habuit? Hoc A. l. 71. §. fin. ff. de legat. 3. l. 67. §. si rem tuam de leg. 2. Duar. ad l. 5. §. fin. ff. de leg. 1. Panormit. ad c. 5. vers. in gl. 2. extra de testam. DISS. Accurs. ad d. l. 5. §. fin. Sichard. ad l. 10. num. 5. C. h. t.*

*VIII.*

*Sed si testator postea partem Socij redemerit, an tum totus debebitur legatario? N. l. 7. ff. de aur. & arg. leg. Cujac. ad d. l. 5. pag. 543. DISS. Duar. ad l. 8. eo. pag. 490. a. in med. Bronch. 3. aff. 55.*

*IX.*

*An quantitas sæpius legata, pluries debeatur volente testatore? A. l. 34. §. 3. de legat. 1. ubi Cujac. Bronch. 3. aff. 47.*

## THESIS IV.

Porro legata ut dari, ita & adimi possunt: vel ab ipso legante, vel à lege. A legante voluntate

luntate quacunque contraria. (a) Lege adimuntur etiam testatore invito, cum lex legata vel omnino non vult præstari, vel minuit. Omnino præstari non vult legata illa quæ facta sunt caduca, (b) aut si quis se publicè vel privatim legato indignum fecerit. (c) Minuit legata ultra dodrantem erogata, Lex Falcidia, (d) & heredibus institutis quartam hæreditatis, dodrante pro rata inter legatarios distributo, attribuit. (e) Ita tamen ut in computanda ratione legis Falcidiæ hoc observetur, ut spectetur quantitas patrimonij, quæ fuit mortis tempore, ære alieno prius detracto, actum in residuis bonis legatis per singulos heredes in portione sibi relicta detrahatur, (f) atque ea in quartam tantum imputentur, quæ ab herede jure hereditario defunctiq; judicio percipiuntur (g) Solis autem heredibus eorumque successoribus & heredibus, competit hoc beneficium. (h) Cessat si testator Falcidiam detrahi vetuerit, (i) si miles legaverit, (k) si ad pias causas legatum sit, (l) & alijs modis. (m)

(a) *in pr. inst. h. t. de adempt. legat. Vult. t.* IP. 76. (b) *t. t. C. de Cad. toll.* (c) *t. t. ff. & C. de his quibus ut indignis. Vult. d. loc.* (d) *t. t. Inst. ff. & C. hic.* (e) *§. 2. h. t. l. 1. ff. eo ubi Wesenb. in parat. Donell. 8. com. 23. & seqq.* (f) *§. quantitas*

sitas h. t. cum §. seq. l. 73. in pr. l. 87. §. 1. ff. eo. l. 6. C eo. (g) l. 74. l. 91. h. t. ubi Wesenb. in paratit num. 5. Duar. 2. disp. 10. (h) l. un. quor. legat. l. 10. l. 16. C. h. (i) Nov. 1. (k) l. 7. C. h. (l) auth. similiter C. eo. Nov. 131. c. 12. (m) de quibus vide Vult. d. l.

## Hinc quæritur. I.

*Si testator ita dixerit, lego Sempronio quod Cajo legavi, utrum videatur Cajo adimere legatum? A. §. fin. & ibi Dd. h. t. Fachin. 5. controvers. 52. ubi vid. DISS.*

*II.*

*Sed si testator legatum oppignoraverit non censetur revocatum. § si rem Inst. de legat. ubi Mynsi. VVesenb. Vult. vide Gomez. 1. resol. 12. num. 56.*

*III.*

*An heres naturaliter teneatur ad legata integra præstanda? A. arg. l. 9. C. h. t. Duar. h. c. 4. Non etiam civiliter, contra Robert. 1. Sent. 7.*

*IV.*

*An heres, invitis legatarijs, Falcidiam in una*

*unare detrahere posſit. N. l. 73. §. fin. l. 49. h. t. Sichard. ad l. 24. n. 6. C. fam. ercis. Graſſ. in §. Falcidia. q. 9. n. 1.*

*V.*

*An ad ſimilitudinem legitimæ, etiam Falcidia hodie liberis aucta ſit in trientem? A. Nov. 18. c. 1. ubi Cujac. Balduin. in pr. inſt. h. & ibi VVeſenb. Govean. 2. variar. lect. 1. DISS. Iacob. Schegk. diſp. Inſt. 12. th. 2. lit. a.*

*VI.*

*An tacita prohibitio, ut ceſſet Falcidia, ſufficiat? N. Novell. 1. c. 2. Menoch. præſump. 45. num. 15. Fachin. 5. controverſ. 13. ubi vide DISS.*

## *COROLLARIA.*

I.

Prælegatum filio relictum, ſi is ante patrem decedat, an fiat caducum, nec nepos ex filio ad id admittatur? *A. Moller. 1. ſemeſt. 31.*

Lega-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0423
DFG

II.

Legatum viro relictum ab uxore, an sit cum lucro dotis, quod ex statuto defertur, uxore ipsa præmoriente, compensandum? *N. Fachin. 5. controvers. 36.*

## PARERG.

Si sanguis ex occisi cadavere, homicida præsente distiller, judex an ad torturam, nullis alijs concurrentibus inditijs, devenire possit?

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0424
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0425
DFG

*Disputatio VIII.*

*LIBRI II. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# IVRE FIDEI-COMMISSORVM ET CODICILLO-rum.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis Westph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia*

*Respondebit*

IOACHIMVS BRAMBER

Demminensis Pom.

*Loco horisq; solitis, ad diem*

*23. Septemb.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0427

DFG

*REVERENDO, DOCTRINA, PIE-*
*tate, virtute vitæq; probitate cla-*
*rissimo viro,*

DN. M. IOHANNI DEDINGIO,
Pastori Ecclesiæ Demminensium
vigilantissimo,

*NEC NON*

*PRVDENTISSIMO, NOBILITA-*
*te & singulari vitæ integritate præ-*
*stantissimo viro,*

DN. ALEXANDRO AB HARTZEN,
celebris Reip. Demminensis senatori
dignissimo, avunculo singulari-
ter observando

*ut &*

*NOBILISSIMO AC INTEGER-*
*rimo viro,*

DN. GOESLOVIO HORN,
civi Demminensi primario,

*Mecœnatibus, patronis, ac fautoribus suis*
*perpetuo colendis,*

Hasce conclusiones Iuridicas in debiti honoris
& observantiæ monumentum

*Offert ac inscribit*
*Ioachimus Bramber.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0428
DFG

# Thesis I.

NOn directò solum, ut superioribus disputationibus dictum est, deferri potest hæreditas, voluntate ejus, de cujus bonis agitur, sed & per fideicommissum: quod est ea hereditas, de qua alij restituenda, is heres ad quem prius pervenit, rogatus est. (a) Cum autem fideicommissum aliud sit universale, aliud singulare sive particulare, (b) de universali hic (singulare enim eodem jure cum legatis censeri, disputat: præced: diximus') agendum erit, cum scilicet testator universam hereditatem, vel partem ejus, alteri restitui, fidei ejus, ad quem primo pervenit, committit. (c) Et jure fideicommissum relinquere potest, vel purè, vel sub conditione, vel ex certa die, (d) qui & testandi jus habet, (e) ei, cum quo testamenti factio est, (f) ab omnibus ad quos hereditas nostra perventura est, sive sint à nobis scripti heredes, sive sint legitimi, sive ij, quibus prius per fidei-

commissum hereditas nostra restituta est. (g) Qui autem restituit, etiam restituta hereditate ut heres manet, (h) ita omnia jura & actiones ei & in eum ipso jure competunt, (i) sed ex Senatuaconsulto Trebelliano hæc omnia ab herede in fideicommissarium transferuntur, ut ei & in eum non directò, sed utiliter competant: (k) Omnes quidem, omni hereditate, sive coactè, sive sponte restituta: (l) parte vero restituta, pro rata inter ipsos fiat actionum comnicatio. (m)

(a) §. 1. & §. præterea Inst. h. t. Donell. 7. com. 15. Paulò aliter definit Cujac. in parat. ff. de leg. 1. vid. Chif. de jure fideicom. lib. 1. c. 6. (b) t. t. Inst. de fideicom. hered. & t. de sing. reb. per fideicom. relict. Chif. d. tr. lib. 2. c. 2. (c) §. in primis §. nihil autem h. t. l. 27. §. 9. ff. ad Senatusconsultum Treb. (d) d. §. in primis. Chifl. d. lib. 2. c. 9. & seqq. (e) l. 1. in pr. & §. 1. de leg. 3. Donell. d. lib. 7. c. 16. (f) argumento §. legari. supr. de leg. Don. d. c. 16. Chifl. d. tr. lib. 4. c. 2. (g) d. §. in primis & §. præterea h. t. Donell. d. c. 16. Chifl. d. lib. 4. c. 1. & 5. (h) §. restituta. h. t. Vult. 1. I. R. 73. (i) §. sed quia vers. post quod Iurisconsultum & ibi Wesenb. num. 3. h. t. Vult. d. loco. (k) d. §. restituta: §. ergo siquidem cum seq. h. t. (l) d. §. ergo siquidem cum seq. l. 63. §. fin. ff. ad Senatuscon-

natusconsultum Treb. (m) §. sed quia stipulationes, & ibi Dd. h. t.

## Hinc quæritur I.

*An filij legitima onere fideicommissi à patre gravari possit? N. l. 32. ubi Iaſ. C. de inoff. test. Chisl. in tract. de port. c. 12. & lib. 2. de jure fideicom. c. 15. Gail. 2. obſ. 119. DISS. Fach. 5. controv. 27.*

### II.

*Vtrum in fideicommissis, in quibus à testatore proximiores vocantur, intelligantur vocati proximiores ipsius testatoris, an verò gravati? prius affirm. Fachin. 4. controverſ. 85. per tex. in l. 34. §. fin. ff. leg. 2.*

### III.

*Si heres onere fideicommissi gravatus fuerit, sed hac conditione, Si sine liberis decesserit, an liberi illi sint in dispositione testamenti? A. l. 85. ff. de hered. instit. l. 57. §. 1. ff. ad Trebell. Forcat. in Necyom. Dial. 50. & seq. Gœdd. ad l. 148. n. 5. ff. de V. S. Fachin. d. lib. 4. c. 51. DISSENT. Donell.*

Sichard. ad l. 1. C. pact. Ant. Peregr. de fideicom. art. 28. num. 5. & seqq.

IV.

Filij naturales principis rescripto legitimati in conditione positi, an excludant substitutum? Disting. cum Fachin. d. lib. 4. c. 53. DISSENT. variè Dd. ibi relat.

V.

Petens fideicommissum sub conditione relictum, si institutus sine liberis decesserit, an teneatur probare gravatum absq; liberis decessisse? A. arg. l. 2. ff. probat. Fachin. 6. controvers. 44. DISSENT. Menoch. 4. præsumpt. 182. num. 5. aliter Covarr. 2. resol. 7. num. 7. & 8.

VI.

An fideicommissum purum non agnitum transmittatur ad heredes? A. l. 44. in pr. ff. ad Trebell. l. 16. §. 9. eod. Gail. 2. obs. 131. num. 1. & seqq. Covarr. in c. Rainal. §. 1. num. 2. ext. de testam. Sichard. ad l. 3. num. 7. C. d. fidcicom. DISSENT. Accurs.

*curs. in l. 109. ff. de condit. & demonst. Vand. 2. q. 1.*

*VII.*

*Si autem fideicommissum conditionale sit, secus esse testatur Gail. d. lib. 2. c. 132. num. 1. & seqq. Sichard. Covarr. d. loc.*

*VIII.*

*An in specie l. ult. C. h. t. & §. fin. Inst. eod. jusjurandum ab herede recte referri possit? N. cum Accurs. Balduin. VVes. Mynsing. ad d. §. fin. DISS. Vand. 2. q. 14. Sich. ad d. l. fin. num. 10.*

## THESIS II.

Sed quia fiduciarij, cum aut totam hereditatem, aut penè totam plerumque restituere rogabantur, adire hereditatem, ob nullum vel minimum lucrum recusabant, atque ob id fideicommissa extinguebantur, (*a*) Senatusconsulto Trebelliano, (in quod omnis vis Senatusconsulti Pegasiani (*b*) transfusa est,) illis provisum est, ut restituere rogati adeant, & dodrantem restituant, quartamque sibi de bonis retineant (*c*) quæ vulgo Trebellianica di-

ca dicitur, in quam non ea tantum, quæ jure hereditario ab herede, sed & ea, quæ quovis alio jure, sive legati, sive præceptionis percipiuntur, (d) imputantur. Omnibus autem tam ab intestato, quàm ex testamento succedentibus heredibus, beneficium hoc Senatusconsulti Trebelliani competit, (e) nisi fideicommissum ad pias causas relictum sit, (f) vel æs alienum totam defuncti substantiam absorbeat, (g) vel annus post jussum judicis elapsus sit, neque heres voluntatem judicis impleverit, (h) vel si scienter, aut juris ignorantia quartam solverit, (i) vel coactus hereditatem adierit. (k) His enim & similibus casibus prædictum beneficium cessare placuit.

(a) §. *sed quia heredes. h. t.* (b) §. *sed quia stipulationes eod.* (c) *d. §. l. 1. & 2. ff. ad Trebell. & ibi Wesenb. & Cujac. in parat.* (d) *l. 91. ff. ad l. Falcid. Non est ergo idem jus legatorum & fideicommissorũ in quartæ deductione, ut constat ex disp. præced. th. 4. lit. g. add. Donell. 8. com. 26. Ant. Fab. 6. conject. 3. DISS. Cujac. 8. obs. 4. Cont. 1. disp. 3. Pac. 6. q. 51. & seq.* (e) §. *inprimis §. præterea. h. t. l. 3. C. ad Trebell.* (f) *arg. Nov. 131. c. 12. Auth. similiter C. ad l. Falcid. communem dicit eam esse opinionem Gail. 2. obs. 119. n. 7.* (g) *l. 5. C.*

l. 5. C. ad Trebell. (h) Novell. 1. c. 1. §. & 2. (i) Auth Sed cum testator vers. item si l. 9. C. ad l. Falcid. l. pen. §. fin. ff. de jur. & fact. ign. (k) d. §. sed quia stipulationes, l. 14. §. 4. ff. ad Trebell. Donell. 7. com. 22. & seq.

## Hinc quæritur. I.

*An filius fideicommisso gravatus, duas quartas de jure civili detrahere possit? N. Auth. res quæ C. com. de leg. l 6. C. ad Trebell. l. 1. §. pen. ff. si cui plus quam per l. Falcid. Cujac. 8. obs. 3. Ant. Fab. de err. pragm. decad. 11. err. 7. Bronch. 2. ass. 51. DISS. Vacun. declar. 59. num. 6. & seq. Pet. Frid. Mindan. lib. 2. de proces. cam. c. 68. §. 8. aliter Gail. 2. obs. 121. Padill. in d. Auth. num. 34.*

II.

*An filius jurans se testamentum patris observaturum, Trebellianicæ renunciasse intelligatur? N. Novell. 1. c. 2. l. 32. C. de inoff. testam. Hotom. 5. obs. 26.*

III.

*An Trebellianica à testatore prohiberi*

*possit? N. cum Forcat. in Necyom. Dialog. 45. Marzar. de fideicom. p. 2. num. 77. Fachin. 5. controvers. 4. Franc. Sarmient. 2. select. interpr. 7. DISS. Hotom. 7. obs. 13. Sichard. ad l. 10. num. 2. C. de fideicom.*

*IV.*

*An Trebellianicæ detractio prohibita esse intelligatur, cum testator alienationem bonorum prohibuit? N. cum Fachin. d. lib. 5. c. 6.*

*V.*

*An fructus imputentur in Trebellianicam, quando filius primi gradus restituere hereditatem rogatus est extraneo? N. cum Covarr. in c. Rainutius §. 11. num. 9. extr. de testam. Fachin. d. lib. 5. c. 10.*

*VI.*

*An heres ob omissam inventarij confectionem Trebellianicam amittat? A. Nov. 1. c. 2. in pr. & §. 1. l. fin. §. sin autem hoc aliquis. C. de jur. delib. Vasq. de success. creat. §. 8. num. 14. Cacheran. decis. 174. n. 8. & seqq. Eberhard. in Top. in loc. à l. Falcid. ad Trebell. num. 5. DISS. Porcellin. in tr. de*

*tr. de confect. invent. c. 5. num. 11. & seq. & c. 6. n. 26. Fachin. 4. contr. 38.*

*VII.*

*An liberi primi gradus? A. Cacheran. Vasquius d. loco contra Dd. qui hos excipiunt.*

## THESIS III.

Vt autem hereditas per fideicommissum relinqui potest, non tantum in testamento, ut solent directæ hæreditates, sed etiam codicillis; restat ut paucis qualis sit hæc testatio, cognoscamus. Codicillus est voluntatis supremæ imperfecta testatio, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, non ad hoc parata, ut esset testamentum. (*a*) Atque hic ipse & scriptus esse potest, vel nuncupatus voce. (*b*) Vterque rursum vel verus, vel quasi. Ille est qui habet heredis institutionem obliquam, atque est vice testamenti, si fiat ab intestato, (*c*) coram quinque testibus, tam rogatis, quam non rogatis, (*d*) in quo de hereditate etiam agitur, sed fideicommissariò potius quam directò, (*e*) hic est qui testamento accedit. Estque aut testamentarius, quo testamento aliquid additur, vel detrahitur, (*f*) aut subsidiarius (qui potius clausula codicillaris, quã codicillus dicitur,) testamento insertus, ut si id jure testamenti

menti valere nequeat, valeat jure codicillorum. (g) Et hoc modo testari permittitur ijs, quibus & testamentum facere: & hoc quibus non est oportunum, codicillis voluntatem suam declarare, non est denegatum. (h)

(a) *Donell. 7. com. 18.* (b) *l. fin. §. ult. C. h. t. l. fin. C. de bon. lib. Codicillus autem qui fit sine scriptis, & voce tantum nuncupatur, abusivè Codicillus dicitur, Wes. in parat. h. n. 3. Donell. d. c. 18. in fin.* (c) *l. 16. ff. eod. Vult. 1. IR. 73. in fin.* (d) *d. l. fin. §. ult. C. h. t.* (e) *§. directò Inst. eod. l. 10. ff. eod. l. 7. C. eod. Quare autem directo hereditas per fideicommissum dari nequeat, vide latè apud Wes. ad §. 3. num. 4. h. t.* (f) *l. 14. ff. h. t. Vult. d. loc.* (g) *l. fin. §. 2. C. eod. l. 29. §. 1. ff. qui test. fac. poss. Vult. d. loc.* (h) *l. 6. §. 3. l. 8. §. 2. ff. h. t. Donell. d. lib. 7. c. 19.*

## Hinc quæritur. I.

*Legato à filio relicto in Codicillis, an postumus frater, qui & coheres est, debeat unà illud legatum solvere? Disting. cum Sich. ad l. 1. num. 5. C. h. t.*

## I I.

*An legata quæ in testamento debentur codicillis adimi possint, ut ipso jure non debeantur?*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0450
DFG

beantur? A. in pr. supr. de adempt. legat. Graff. in §. legatum q. 78. Covarr. ad rubr. ext. de testam. part. 2. n. 78. DISS. Loriot. de test. ordin. axiom. 28. & seq.

III.

An mulier in codicillis testis esse possit? A. l. 20. §. 6. ff. qui test. fac. poss. VVes. Vigl. ad §. 4. supr. de testam. Nepos de Mont. Alban. in tr. de testibus in pr. n. 65. Hotom. 3. obs. 14. DISS. Decius ad l. 2. ff. R. I. n. 26. Connan. 9. com. 3. n. 3. circa fin. quos sequitur Treutl. 2. disp. 5. th. 8. lit. e.

IV.

An peregrinus? A. Accurs. & Dd. in l. ult. §. fin. C. h. t. VVes. ad pr. h. t. n. 3.

V.

An clausula codicillaris, si non valet jure testamenti, valeat jure codicillorum, omissa in testamento, tacitè subintelligatur? N. l. 5. §. 1. C. h. t. Vaud. 1. quest. 27. Chisl. lib. 3. de jure fideicom. c. 2. DISS. Clar. §. testamentum q. 8. n. 8.

VI.

Ex codicillis qui testamentum præcedunt, an si-

*an fideicommissum peti possit? A. §. sed cum ante h. t. Cujac. 18. obs. 7. Ant. Fab. (sibi contrarius 15. conj. 15.) 5. conj. 12. DISS. Duar. 2. disp. 42.*

*VII.*

*Si testamentum fratris, in quo turpis persona est instituta, contineat clausulam codicillarem, Vtrum frater, qui tanquam praeteritus illud rescindit, teneatur scriptis heredibus restituere hereditatem, legitima sibi retenta? N. cum Fachin. 4. controvers. 91.*

*VIII.*

*Quanam actione relictum in codicillis petatur? Verius est condictione ex lege, vel utili actione ex testamento peti, si codicilli testamento non fuerint confirmati. Ioan. Fab. Mynsi. Schneid. ad §. f. h. t. & ibi Hopper. in erotem. Instit.*

# Coroll.

I.

Vtrum ex pacto, aut transactione



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0456
DFG

factione patris inter liberos, fideicommissum reale sive graduale, (ut vocant) & quidem perpetuum induci possit? *A. Nicol. Reusner. decis. 11.*

II.

Ecclesia vel pia causa filio per fideicommissum substituta, an excludat nepotes? *Aff. Sichard. ad l. 30. n. 21. C. de fideicom.*

III.

Si institutus, qui hereditatem restituere rogatus est alteri, ingrediatur monasteriũ, an monasterium excludat substitutũ fideicommissarium? *N. Sichard. ad d. l. 30. n. 22.*

# PARERG.

I.

An conferri debeat quantitas, pro-

promissa annuatim filio, ad onera matrimonij sustinenda, & jam in vita patris filio soluta?

II.

Sponsus si moriatur ea ipsa nocte, qua primum concubuit, nondum habita consuetudine conjugali cum sponsa, an nihilominus sponsæ debeatur id, quod vel ex pacto dotali, vel ex constitutione, aut statuto, vel consuetudine è bonis maritorum defunctorum viduæ lucrantur?

*Disputatio I.*

*LIBRI III. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO ET BONORUM possessionibus.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,
Osnaburgensis Westph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia Respondebit*

Arnoldt Stedinghk /
Holsatus.

*Loco horisq. solitis, ad diem 30. Septemb.*

ROSTOCHI
Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0461
DFG

# Thesis I.

DE testamentaria successione, sive de universitate juris acquirenda judicio defuncti, sive de legatis & fideicommissis rerum singularium agatur, huc usq; diximus: sequitur nunc de hereditate legitima, quæ defertur sola lege, sine voluntate defuncti. (a) Quæ successio ita ex lege est, ut una habeat rationem naturalem, alia civilem: Hinc alia naturalis est, alia civilis. (b) Naturalis tres sunt ordines. Primus ordo est descendentium, id est liberorum, nulla in his hodiè suitatis aut sexus ratione habita, (c) salva tamen gradus prærogativa, ut proximus remotiorem excludat, & filius nepote potior sit, nisi forte jus repræsentationis, remotiorem proximiori jungat, & nepotem ex filio prædefuncto, cum filio superstite succedere faciat, in stirpes tamen non in capita. (d) Et hoc quidem verum in liberis naturalibus & legitimis simul, ut & legitimatis, (e) Illegitimi autem naturales ex concubina nati, matri succedunt & parentibus maternis, (f) patri

vero & parentibus paternis tum demum, si liberi legitimi alij non sint, nec uxor justa, atq; tum non in hereditatem universam, sed partem ejus sextam. (g) Spurij autem patri, cum incertus sit, succedere nequeunt, licet in matre, nisi illa illustris sit, secus observetur. (h) Deniq; incestuosi & adulterini, ab omni omnino successione arcentur. (i)

(a) *Wesenb. ad Rub. h.t. Donell. 9. com.1.* (b) *Vult. 1. IP. 74.* (c) *Novell. 118. c. 1. Vult. d. loco Don. d. lib. 9. c.2. Borch. de grad. p.178. & seqq.* (d) *d. Nov.118. c.1. auth. in successf. C. de suis & legit. hered. Don. Borch. d. loc.* (e) *§. sui autem vers. nec non eos h.t. Novell. 76. c. 2. Et hoc in legitimatis per subsequens matrimonium indistincte verum est: legitimati autem per rescriptum principis, nullis legitimè natis superstitibus succedunt. Auth. item sine C. de nat. liberis. Nov. 89. c. 1. confer. Graff. §. successio ab intestato qu. 19. num. 9. & seqq. Borch. d. tr. p.201.* (f) *l. pen. C. ad SC. Orfic.* (g) *Novell. 89. c. 12. Borch. d. tr. p. 187.* (h) *d. l. pen. §. novissimè. infr. de SC. Orfic.* (i) *d. Novell. 89. c. ult. ad optivi liberi quomodo succedant vide l. pen. C. de adopt. Borch. d. tr. p. 189.*

## Hinc quæritur. I.

*Stante statuto quod mater filio intestato non succedat, an tales qui testamenti factionem non habent, recte intestati dicantur, ut statuto comprehendantur? N. cum Graff. d. §. q. 1.*

*Sichard.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0467
DFG

*Sichard. ad l. 6. in pr. n. 9. C. de Inst. & substit. vid. Gœd. ad l. 64. n. 4. & seq. ff. d. V. S.*

II.

*Ius repræsentationis in linea descendente quousq; se extendat? In infinitum §. ult. in fin. in verbo & alias deinceps personas h. t. Covarr. pract. quæst. c. 38. n. 5. Forst. h. tr. lib. 4. c. 21. DISS. Ang. Fab. & alij ad d. §. fin.*

III.

*Filia cum mariti consensu renuncians hereditati maternæ, accedente simul matris voluntate, eamq; fratri vendens, utrum post mortem matris, rursum cam ab intestato petere possit? N. cum Nicol. Reusner. decis. 9.*

IV.

*Statutum quod extantibus masculis naturalibus & legitimis, fœminas excludit, an sit extendendum ad legitimatos per rescriptum principis? N. Nov. 74. c. 1. & 2. in pr. Borch. de grad. pag. 198. Gail. 2. obs. 140. n. 6. & seqq. Fach. 6. controv. 1. ubi longo ordine refert DISS.*

V.

*Si Spurijs statuto paterna successio deferatur, eo casu quo de patre constat, an jure succedant? A. per ea quæ tradit Palæot. in tr. de noth. Spur. fil. c. 54.*

V I.

*Nati ex coitu damnato & nefario an ſicut aſcendentibus non ſuccedunt ita etiam a ſucceſſione inteſtati tranſverſalium excludantur? A. cum Fach. d. lib. 6. c. 10. ubi vid. DISS.*

## THESIS II.

Si nulli liberi defuncto erunt, ſecundus ordo eſt aſcendentium, id eſt, parentum, qui omnibus alijs excluſis, ſive cognati ſive agnati ſint, ad ſucceſſionem liberorum vocantur, ſine diſcrimine emancipationis & patriæ poteſtatis, (a) ſecundum tamen gradus prærogativam. Etenim pater & mater ſimul ſuccedunt filio, ſed mater ſola, avum paternum, & pater ſolus, avum maternum excludit. Quod ſi verò defunctus relinquat avum paternum & avum maternum, cum avia materna, ille ſemiſſem, & hi alterum ſemiſſem habebunt. (b) Et hæc obtinent quando parentes ſoli inveniuntur. Nam ſi defunctus fratres aut ſorores reliquerit aut nepotes ex ijs prius defunctis, fratres & ſorores defuncti cum parentibus proximis in capita vocantur, (c) nepotes verò ex fratribus vel ſororibus præmortuis in ſtirpes. (d) Sed utrumque hoc in fratribus & fratrum filijs ita placuit, ſi fratres fuerint utroque parente cum defuncto conjuncti: (e) quod eo pertinet, ut ſi qui erunt alterutro tantum conjun-

conjuncti, hi à parentibus excludantur. Quia autem successionis jura dicuntur esse correlativa, ex liberorum illegitimorum successione (de qua in thesi præcedenti) quid de illegitimis parentibus dicendum, intelligi facilè poterit. (f)

(a) *Novell. 118. c. 2. Donell. 9. com. 3. Graff. d. §. q. 22. Borch. de grad. p. 212. & seqq.* (b) *d. Novell. 118. c. 2. Graff. d. q. num. 4. Donell. d. c. 3. Lin. adpr. infr. de SC. Tertyll.* (c) *d. Novell. c. 2.* (d) *Novell. 127. c. 1. d. Nov. 118. c. 2. Vult. 1. I. P. 74. Donell. d. c. 3. Graff. d. §. q. 23. & seq.* Et quidem portionem suam pleno jure sibi acquirunt, ut ne usufructus quidem inde acquiratur patri, quamvis fratres, ijdemq; ejusdem patris filij sint in ejus potestate. *d. Nov. 118. c. 2. Donell. d. c. 3. circ. fin.* quod ut speciale excipiendum à *l. 1. C. de bon. matern.* (f) *Graff d. §. q. 29. Covarr. in Epit. de succeff. ab intest. n. fin.*

## Hinc quæritur. I.

*An parentes, cum succedunt liberis intestatis transeundo ad secunda vota, à successione repellantur? Usumfructum bonorum illos retinere verius est. l. 3. §. 1. C. de secund. nupt. Nov. 22. c. 46. Graff. d. §. q. 25. Gail. 2. obs. 98. Schurf. cent. 1. conf. 56. n. 3. & seq.*

I I

Quod si maritus in agone constitutus, se-

cunda vota uxori permiserit? idem adhuc placet. arg. Novell. 2. c. 1. Coras. 3. miscell. 1. num. 12. & seqq. DISSENT. Grass. d. q. 25. in fin.

III.

Cum parentes soli succedunt, an tum parentes paterni in bonis paternis, materni in maternis succedant? N. Novell. 118. c. 2. ibi. ex æquo inter eos. Mynsing. 6. obs. 55. Forst. h. tr lib. 7. c. 4. num. 6, 8. 12. & seq. Fach. 6. controvers. 4. Covar. in Epit. de succes. ab intest. num. 3. DISS. Borch. de grad. pag. 216. & seqq. Lin. ad pr. Inst. de SC. Tertyll.

IV.

Si pater vel avus paternus & maternus simul succedant filio, vel nepoti, qui erat in potestate, an usumfructum habeant in portione matris vel avi materni? A. l. fin. C. ad Tertyll. Fach. d. lib. 6. c. 6. DISS. Tessaur. decis. 156.

V.

An fratres vel sorores, ex uno tantum latere conjuncti excludantur à parentibus, etiamsi ex illis cum quibus concurrunt, nati, natave sint? A. d. Novell. c. 2. Fach. d. lib. c. 8. Covarr.

*Covarr. in Epit. de succeſſ. ab inteſt. n. 6. verſ. hinc apparet. DISS. Borch. d. tr. p. 230.*

*V I.*

*Patre & matre non ſuperſtitibus, an ad ſucceſſionem avus & avia, per capita hereditate diviſa, una cum patribus utring; conjunctis, admittantur? A. d. Novell. c. 2. Auth. defuncto C. ad Tertyll. Covarr. d. n. 6. in pr. Borch. d. tr. pag. 220. DISS. Accurſ. in d. Auth. & alij relati à Covarr.*

## THESIS III.

Si defuncto neque liberi, neque parentes erunt, tertius ordo eſt, ex latere ad hereditatem venientium: ubi primo vocantur fratres, utroque parente conjuncti (excluſis ijs ſi qui ſint, qui per patrem aut matrem ſolum conjunguntur) & fratrum vel ſororum prædefunctarum liberi: illi quidem in capita, hi vero cum illis concurrentes in ſtirpes. (*a*) Quod ſi neque fratres, utroque parente conjuncti erunt, neque ex his fratribus filij, tum fratres altero tantum parente conjuncti admittuntur. (*b*) Si neque hi erunt, cognati ulterioris gradus, ex ſola gradus prærogativa, non habente locum jure repræſentationis, in capita vocantur. (*c*) Hæc de naturali ſucceſſione ab inteſtato, qua

ceficiente, locum habet civilis, quæ datur conjugibus, & fisco. Conjugum succeſſio primò introducta eſt beneficio Prætoris bonorum poſſeſſione his inter ſe invicem propoſita: (d) hodiè tamen, etiamſi matrimonium ſine dote ſit contractum, ſi defunctus conjugum ſit locuples, ſuperſtes inops cum liberis defuncti, in quartam partem uſusfructus bonorum, ſi ſint liberi tres, vel pauciores, ſin plures, in virilem admittuntur, (e) Fiſcus deniqúe, ne quis ſine herede ſit, ſuccedit, atque bona hereditaria ut vacantia, ſibiqúe delata occupat. (f)

(a) *d. Novell. 118. c. 3. auth. ceſſante. C. de ſuis & legit Borch. d. tr. pag. 233. & ſeqq. Donell. d. lib. 9. c. 4. Graſſ. d. §. q. 30.* (b) *auth. poſt fratres. C. de legit. hered.* (c) *d. auth. poſt fratres. Paul. lib. 4. ſent. t. 8. Covarr. d. loco. num. 17. Donell. Borch. d. loc.* (d) *l. un. C. und. vir. & uxor. Donell. d. lib. c. 1. Borch. d. tr. pag. 251. & ſeqq.* (e) *auth. præterea. C. d. tit. Novell. 117. c. 5. Inops cenſetur relicta uxor ſi abſq; dote matrimonium fuerit contractum, tametſi patrem habet divitem cuius bona ſperat. arg. l. 4. §. 1. ff. de noxal. act. Gail. 2. obſ. 85. num. 3. Thoming. deciſ. 40.* (f) *l. 1. l. 4. & ſeq. C. de de bon. vacant. modo intra quadriennium Fiſcus bona vacantia agnoſcat d. l. 1. §. 2. l. 1. C. de quad. præſcript. Donell. d. c. 1. Borch. d. tr. pag. 260. & ſeq.*

Hinc

## Hinc quæritur I.

*Soli fratrum liberi, qua ratione patrua succedant, in stirpes an in capita? Hoc A. d. Novell. 118. c. 2. Donell. d. lib. 9. c. 4. Borch. d. tr. pag. 232. & seqq. Fach. 6. controvers. 3. DISS. Sonsbec. de feud. pag. 9. n. 100. & seqq.*

*II.*

*Si defuncto sint fratres consanguinei & uterini, an illi in bonis paternis, hi in maternis succedant in bonis autem aliunde quæsitis æqualiter? A. Nov. 84. c. 51. §. 1. ubi Cujac. Donell. d. c. 4. Grass. d. §. q. 32. DISS. Fach. d. lib. 6. c. 5.*

*III.*

*In successione cognatorum, quousq; graduum computatio extendenda sit? In infinitum, ut æquius ita & verius est. Novell. 118. c. 3. in fin. l. 1. in pr. & §. 1. ff. de suis & legit. Donell. d. c. 4. in fin. Borch. VVesenb. ad §. fin. Inst. de successión. cognator. DISS. Accursius & vulgò Dd. ad d. §. fin. Baptista à Villalob. in com. opin. lit. c. n. 163. Vult. 1. IP. 74. n. 14.*

*Vtrum*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0483
DFG

IV.

*Vtrum uxor, quæ mortuo demum marito infert dotem & sibi dotalitium petit constitui, sit audienda? Si una cum dote, id quod interest dotem suo tempore offerat, consuetudo ei patrocinatur. Hartman. Pist. 1. q. 5. VVesenb. consil. 26. n. 27.*

V.

*Fiscus in hereditate pupilli vel adulti an præferatur tutori vel curatori? A. l. 1. l. vacantia C. de bon. vacant. Niel. disp. feud. 11. th. 5. lit. d. DISS. Ant. Peregrin. de jure fisci lib. 4. art. 3. n. 18.*

VI.

*Qua actione hereditatem ab intestato sibi delatam quis consequatur? Petitione hereditatis. l. 3. ff. de pet. hered. Borch. d. tr. tit. fin.*

## THESIS IV.

Sic igitur res universæ per hereditatem, tàm ex testamento, quam ab intestato nobis acquiruntur de Iure civili: De jure Prætorio per bonorum possessionem, quæ est jus persequendi retinendique patrimonij, sive rei, quæ cujusque cum moreretur fuit. (a) Estq;

vel

vel ordinaria vel extraordinaria. Ordinaria est quæ in aliqua Edicti parte fundatur, (b) deferturque vel ex testamento rite facto, vel ab intestato. Ex testamento datur vel secundum tabulas, id est, secundum voluntatem testatoris, omnibus jure scriptis heredibus; vel contra tabulas testamenti, sive contra lignum liberis præteritis, id est, neque institutis neque juste exheredatis. (c) Ab intestato hodie primo datur liberis: his non extantibus legitimis: post cognatis: demum conjugibus, (d) Extraordinaria dicitur, quæ datur extra successoriæ dispositionis ordinē, ceu vaga & nulla certa parte edicti statuta, Lege, Senatusconsulto, constitutione: (e) qualis est Carboniana, ventris, & litis agnoscendæ causa, data bonorum possessio. Debent autem liberi & parentes intra annum, cæteri intra centum dierum utilium spacium, bonorum possessionem agnoscere. (f)

(a) *l. 3. §. 2. ff. h. t. Quam definitionem explicat & defendit Vult. ad pr. h. t. An autem hæc materia hodie sit utilis & necessaria vid. Schneid. ad §. fin. num. 8. & seqq. h. t. Sichard. ad Ruhr. C. qui admit. ad bon. poss. num. 11. & seqq.* (b) *l. 30. §. 1. ff. de acquir. hered. Vult. 1. J. P. 75.* (c) *in fin. pr. & §. sunt autem h. t. & t. t. ff. de bon. poss. contra tab. & secund. tab.* (d) *§. sed eas & ibi Dd. h. t.* (e) *§. septima h. t. & ibi Balduin. t. t. ff.*

*ut ex*

ut ex leg. SCtis bonor. possess. det. Bellon. 1. supp. 15. (f) §. penult. & ult. h. t. Donell. d.c.14.

## Hinc quæritur. I.

*In obtinenda bonorum possessione sitne, Iure noviſsimo inſpecto, decretum Prætoris neceſſarium? Neg. l. fin. C. qui admit. Bellon. 4. supp. 1. Fach. 5. controverſ. 74. DISS. Alciat. 2. Paradox. 13.*

## II.

*An filiusfamil. cui bonorum possessio delata est inſpecto Iure veteri, eam agnoſcendo, ſibi emolumentum acquirat? N. l. acquiritur ff. de acquir. rer. dom. l. 2. C. de pat. poteſt. Fach. d. lib. 5. c. 75. Sichard. ad l. 1. n. 2. C. qui admitt. DISS. Alciat. 4. Paradox. 3.*

## III.

*Si is cui bonorum possessio delata est, dicat intra legitimum tempus ſe eam petiiſſe, reus neget, cui incumbat probatio? Illi incumbere qui ait, Aſſero cum Sichard. C. d. t. n. 43. DISS. ibid. Iaſon. n. 6. & ſeq. Menoch. 4. præſumpt. 104. vid. Fach. 6. cont. 59.*

## IV.

*Nunquid agnoſcens bonorum poſſeſſionem coram*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0489
DFG

*coram judice, necesse habeat exprimere ex quo capite agnoscat, an verò sufficiat simpliciter eam agnoscere? Hoc A. cum Sichar. d. lo. num. 26. & seq. ubi vid. DISS.*

*V.*

*An agnovisse præsumatur ille, qui possessoriam hereditatis petitionem contra bonorum occupatores instituit? A. Fach. d. lib. 6. cap. 58.*

# Corollaria.

I.

Vtrum hereditatis divisio ita sit instituenda, ut major ex fratribus dividat, minor eligat? *A. Fach. d. lib. 6. cap. 36.*

II.

In successione regni & principatus uter sit præferendus, patruus, an nepos, ex filio primogenito? *Hunc præferendum A. Fach. d. lib. 6. cap. 2.*

PA-

# PARERG.

Vtrum quò major atque populosior est civitas quædam, eò sit felicior, atque tutior?



*Disputatio II.*

*LIBRI III. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# OBLIGATIONIBVS IN GENERE, ITEMQVE DE mutuo & commodato.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis Westph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia*

*Respondebit*

IOANNES HAMELMANNVS

Oldenburgens.

*Loco horisq; solitis, ad diem*

*21. Octob.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0495

DFG

# Thesis I.

ALterum caput in quo jus rerum spectatur, (a) est OBLIGATIO, quæ est juris vinculum, quo necessitate adstringimur, alicujus rei solvendæ, secundum nostræ civitatis jura. (b) Eaque vel ex mero jure civili, vel ex civili & naturali simul (obligatio enim naturalis tantum, quæ ex naturali ratione oritur, & actionem nullam producit, ad dictam definitionem non pertinet) (c) proficiscitur. illa civilis tantum, hæc civilis & naturalis simul dicitur. Vtraque vel verè ejusmodi est, vel quasi. Verè civilis illa est, quæ ex aliqua juris scripti parte, puta, lege, plebiscito, Senatusconsulto, constitutione principis, vel responsis prudentum proficiscitur. (d) Quasi civilis est Prætoria, quæ & honoraria dicitur, utpote ex jurisdictione prætoris, vel alterius cujusvis magistratus, cui id jus est, descendens. (e) Deinde oritur obligatio ex contractu, aut quasi con-

tractu, maleficio, aut quasi maleficio. (f) Contractus est ultrò citroque obligatio, (g) hoc est, quæ in se non solum habet causam, sive vim pariendæ obligationis & actionis, sed & utriusque partis consensum. (h) Species ejus quatuor sunt, aut enim re, verbis, literis vel consensu celebratur. (i)

(a) *supr. de reb. corp. & incorp. & §. fin. de usu & habitat. Dd. ad Rubr. h. t. vid. infr. q. 1 & 2.* (b) *in pr. h. t. Quam definitionem verbotenus explicant. Zas. ad Rubr. ff. de O & A. Cujac. ad l. 1. in pr. eod. Pac. ad Rubr. C. eod. Donell. 12. comm. 1.* (c) *sed civilis tantum, & civilis & naturalis simul. Vult. ad pr. h. t. num. 20. Vacun. declar. 21. num. 18. vid. Donell. d. c. 1.* (d) *§. omnium. h. t. Vult. 1. IP. 26.* (e) *d. §. Vult. d. loc.* (f) *§. sequens divisio. h. t. Huic autem divisioni quomodo non repugnet l. 1. in pr. & l. 52. ff. h. t. vid. utrobiq; Cujac. Donell. d. lib. 12. c. 5. Borch. h. tr. c. 1. num. 14. & seqq.* (g) *l. 19. de V. S.* (h) *l. 7. §. 2. ff. de pactis l. 1. § 3. eod. Pac. ad Rubr. C. h. t. num. 60. vid. Gœdd. ad d. l. 19. Ant. Guib. quæst. memorab. 8.* (i) *in fin. h. t.*

## Hinc quæritur. I.

*An doctrina obligationum, pertineat ad tractatum actionum? Neg. cum Vult. ad pr.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0500
DFG

*ad pr. h. t. n. 3. & seq. DISS. ibid. Accurs. Nicas. & alij.*

*II.*

*An ad personarum? N. cum Dd. com. ad d. pr. Donell. ad pr. infr. de act. num. 1. in. fin. DISSENT. Vult. 1. IP. 36. & 1. discept. 16.*

*III.*

*Sitne verum, nullam esse obligationem naturalem quæ non sit jurisgentium, & contra? A. l. 84. §. 1. & ibi P. Fab. num. 4. & 6. ff. de R. I. Dissentire videtur Connan. 2. com. 3. num. 8. ubi distinguit inter obligat. naturalem & jurisgent.*

*IV.*

*An qui beneficium accepit, obligetur danti naturaliter ad remunerationem? N. Duar. ad tit. C. de O & A. c. 2. Donell. 12. com. 2.*

*V.*

*An pacta nuda obligationem naturalem, quæ eo jure efficax est, producant? A. l. 7. §. 4. ff. de pact. Donell. d. c. 2. DISS. Eguin. Baro. ad l. 1. de V. O. Connan. 5. com. 1. n. 5. & seqq.*

*VI.*

*An de jure Canonico actionem? A. Borch. de pact. c. ult. n. ult. Sichard. ad Rub. C. de pact. n. 14. & seq. communem esse testatur. Garz. ad l. 7. ff. eod. pag. 973. n. 9. DISS. Fachin. 2. controvers. 10.*

## THESIS II.

RE contractus fieri dicuntur, quod præcipua eorum causa RES sit, sine cujus præstatione omninò perfici nequeant, sed quod ad ipsorum perfectionem rem adesse in ipso contractu & intervenire necesse sit. (a) Inter hos primus est mutuum, contractus juris gentium, (b) stricti juris, (c) quo rem in quantitate consistentem, ita alicui damus, ut eandem nobis reddat, non in specie, sed in genere. (d) Est autem in hoc contractu regulare, ut qui pecuniam dat mutuam ejusdem sit dominus, atque adeo non tradendo dominium ejus transferat. (e) Hinc mutuum dare possunt omnes qui non prohibentur. Prohibentur autem præter alios, qui provincias administrant, quive circa eos sunt, provincialibus mutuam pecuniam dare: (f) Item qui non sunt domini, aut transferendæ rei potestatem non habent, (g) ut furiosi, (h) prodigi, (i) pupilli, (k) quamvis

vis id quod datum est, consumtione (l) bona fide facta, convalescat. Accipere possunt, qui se obligare possunt, tam patres quam filijfam. nisi SC. Macedonianum obstet. (m)

(a) *Wesenb. in parat. ff. h. t. num. 5. Vult. ad pr. Inst. eod. num. 4. Donell. 12. comm. 12.* (b) §. *jus autem gentium. supr. de I. N. G. & C.* (c) *arg. l. 3. h. t. §. actionum autem. infr. de act. Cur autem non sit ex bonæ fidei contractib. vid. Connan. 7. comm. 1. num. 8. Loriott. de pact. axiom. 47. & seq.* (d) *in pr. h. t. l. 2. ff. eod. Et ex hac definitione possunt colligi differentiæ, quibus mutuum differt à reliquis contractibus realibus. vid. Borch. in tr. de O. & A. c. 1. num. 21. & seqq.* (e) *l. 2 §. 2. & 4. ff. h. t. l. 7. & ibi Pac. C. eod. Duar. ad tit. C. eod. c. 2. vers. Sextò. Vulte. ad pr. Inst. h. t. num. 9.* (f) *l. 33. ff. h. t. l. 3. ubi Pac. & Sich. C. eod. Connan. d. lib. 7. c. 2. num. 1. & seqq.* (g) *per dicta sub lit. e.* (h) *l. 12. h. t. Duar. d. loc. c. 3.* (i) *l. 9. §. 7. h. t. Duar. d. loc.* (k) *l. 19. §. 1 eod.* (l) *d. §. 1, l. 11. in fin. cum duab. ll. seqq. eod. Connan. d. lib. c. 1. n. fin.* (m) *l. 7. §. 3. & t. t. ff. Ad SC. Maced.*

## Hinc quæritur. I.

*Si absentis & ignorantis nomine pecunia fuerit mutuò data, an ei detur contrà*

debitorem actio, licet contractum ratum non habeat? A. l. 4. & ibi Sich. num. 3. Pac. n. 8. & seq. C. h. t.

II.

Sed quænam actio? Sichard. d. loc. actionem ex contractu mutui dari putat. Negat Pac. & dandam ait, pecunia apud creditorē adhuc extante, vindicationem, vel dolo malo ea consumta, adhuc vindicat. actionem ad exhib. & condict. furtivam: Si bona fide consumta, condictionem, quæ oritur ex consumtione, non numeratione, arg. l. 11. h. t.

III.

An civitas mutui datione obligetur? Si cives, vel civitatis consilium consentiat. A. arg. l. 15. ff. ad SC. Maced. Pet. Frider. Mindan. lib. 2. de process. cam. c. 62. §. 8. Coler. de process. execut. p. 2. c. 3. n. 337. & seqq.

IV.

Hoc tamen casu creditor, pecuniam in civitatis utilitatem versam fuisse, probare non cogitur. Fachin. 2. controvers. 75.

Secus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0509
DFG

V.

Secus si Syndici vel actores civitatum pecuniam mutuo accipiant. l. 27. ff. h. t. & ibi Loriot. n. 13. Pet. Frider. d. loc.

VI.

An autem sufficit probare civitatem tempore pecuniæ mutuo datæ illa indiguisse? N. Hartm. Pistor. 1. q. 73. n. 32. Fachin. d. lib. 2. c. 76. ubi vid. DISS.

VII.

An civitas, cives suos, eorumq; bona ita obligare possit, ut in defectum solutionis, ubiq; locorum apprehendi & arrestari possint? Tempore necessitatis posse. A. arg. l. 4. §. 2 ff. de re jud. l. 11. in prin. de pign. & hypoth. Coler. d. c. 3. n. 358. & seqq. Peck. de jur. sistent. c. 4. n. 17.

VIII.

An filiusfam. SC. Macedoniano renunciare possit? N. arg. l. 1. in pr. ff. ad SC. Maced. l. 40. de condict. indeb. Sich. Pac. ad Rubr. C. ad Maced. Vult. ad §. pen. num. 14. Harpr. n. 16. infr. quod cum eo. DISS. Zas. 2. sing. respons. 28.

¶ De obligatione pupilli, prodigi, minoris. vid supr. lib. 1. disp. ult. th. 1. q. 5. & th. 2. q. 1. & 2. ¶

## THESIS III.

Earum autem rerum datione & acceptione, in creditum imus, quæ pondere, numero, mensura constant, propterea quod in genere suo functionem recipiunt, per solutionum magis, quàm specie, (a) hoc est, altera alterius vicem ita sustinet, ut omnino illa ipsa, quæ data quidem, sed nunc consumta est, esse censeatur. (b) Nascitur ex hoc contractu actio, quæ certi condictio appellatur, (c) daturq; ei, heredibusq; ejus, qui pecuniam mutuam dedit, adversum eum heredesque ejus, qui accepit, (d) ut res tota, (e) (licet casu fortuito perierit) (f) ejusdem generis & bonitatis, quamvis hoc nominatim cautum non sit, restituatur. (g)

(a) *l. 2. §. 1. h. t.* (b) *ita prædicta verba cum communi rectè interpretatur. Vult. ad pr. h. t. n. 15. & 1. IP. 14. Gœdd. ad l. 4. n. 30. ff. de V. S. licet alij aliter sentiant. vid. Donell. Loriott. & alios ad d. §. 1. Connan. 2. comm. 1. n. 4. Bellon. 1. supput. 4. Iacob. Curt. 3. conj. 3. Fachin. 2. controvers. 48.* (c) *in fin pr. h. t. l. 9. ff. eo. cur autem certi appellatio mutuo præcipuè conveniat vid. Vigl. ad Rubr.*

Rubr. h. t. n. 21. & seqq. Sichard. ad Rubr. C. eod. n. 3. Gilb. Reg. 1. ἐναντ. 4. (d) d. l. 9. datur autem heredibus & in heredes, quia est rei persecutoria. §. rei persequendæ & ibi Dd. infr. de act. Duar. ad tit. C. h. n. 6. in fin. (e) particularem enim solutionem creditor invitus admittere non cogitur. l. 41. §. 1. de usur. de qua quæst. plenè Gœdd. ad l. 32. n. 9. & seqq. de V. S. (f) §. item is cui. h. t. l. 11. C. eo. (g) in pr. h. t. l. 3. ff. eo.

## Hinc quæritur. I.

*An pecunia redacta ex re, quam vendendam accepisti, ut nummis utereris, mutua fiat? Vlpiani affirmantis sententia ut æquior recepta est. l. 11. h. t. ubi vid. Donell. Loriott. &c. Pac. 3. q. 64. & Dd. alleg. à Treutl. 1. disp. 20. th. 3. lit. b.*

## II.

*Mutuatus argentum non signatum, an creditori invito pecuniam reddere possit? si sit ejusdem ponderis & bonitatis, ita ut creditoris nihil intersit. A. l. 99. ff. de solut. Fachin. 2. controv. 57. DISS. variè Dd. ut refert Fachin.*

## III.

*An pro vino vel frumento mutuato reddi possit æstimatio invito creditori? Ex natura mutui N. l. 2. in pr. h. t. Fachin. d. lib. 2. c. 69. Bronch. 2. aff. 20.*

Sitne

IV.

*Sit ne mutuum, si eosdem nummos, quos tibi mutuo dedi, cum ijs postea non indigeres, mihi reddas? A. Vigl. ad l. 2 in pr. h. t. ibid. Zas. n. 9. Donell. n. 5. DISS. Vacun. declar. 46. n. 12.*

V.

*Ab initio tamen mutuum ita contrahi non posse, rectè contra alios adstruit Moller. 3. semest. 1.*

VI.

*An ex natura contractus mutui, invito creditori reddere liceat melius, quam id quod datum est? A. arg. l. 99. ff. de solut. Loriott. ad l. 3. n. 4. & seqq. h. t. post Accurs. ibid. Coras. 3. miscel. 12. DIS. Vult. ad pr. Inst. quib. mod. re cont. oblig. n. 18.*

VII.

*Ex mutuo deturne condictio certi generalis, an specialis? Hoc A. secundum com. Dd. sententiam, quam probavit Cujac. tract. 2. ad African. ad l. 23. h. t. Vigl. ad Rubr. eod. n. 14. Sich. ad Rubr. C. eod. n. 8. Vacun. declar. 47. n. 11. Fachin. d. lib. 2. c. 90. DISS. Zas. ad l. 9. h. t. n. 9. Donell. ibid. n. 4. Pac. ad Rubr. C. eod. n. 22.*

## THESIS IV.

Secunda contractus realis species est commodatum, quod est contractus Iurisgentium, (a) bo-

(a) bonæ fidei, (b) quo res gratis conceditur, ad certum usum, ut eo finito res eadem in specie restituatur. (c) Constituitur voluntate eorum, qui justum consensum adhibere possunt. De rebus omnibus, tam alienis, (d) quam proprijs, corporalibus & incorporalibus, (e) mobilibus & immobilibus, ( modo ejusmodi sint, ut eorum possit esse usus aliquis. Et quia ex hoc contractu dominium non transfertur, sed tantum rei usus conceditur, fit ut commodatarius de casu fortuito regulariter (g) non teneatur, sed tantum dolum & culpam omnem præstet. (h) Et quæ datur ex hoc contractu actio, dicitur actio commodati: Eaq; duplex, directa & contraria. illa datur commodanti ejusve heredi, adversus commodatarium ejusve heredem, rei commodatæ repetendæ causa, sive ad interesse; (i) hæc datur commodatario ejusve heredi, adversus dominum ejusve heredem, si fortè in rem commodatam necessarios sumtus facit, (k) aut à commodatore deceptus est, puta vasis corruptis, in quibus vinum aut oleum commodatarius reposuit, commodatis. (l)

(a) *l. 7. §. 1. ff. de pact.* (b) *l. 3. §. 2. h. t.* §. *actionum. infr. de act.* (c) *§. item is cui Inst. Quib. mod. re contr. oblig. vid Donell. 14. comm. 2. Sichard. Pac. ad Rubr. C. eod. Connan. 7. comm. 3. n. 1. ubi ex hac*

ex hac definitione tradunt, quid differant, mutuum & precarium ab hoc contractu. (d) l. 15. ff. h. t. Duar. ad tit. C. eod. c. 2. (e) l. 1. §. 1. in fin. verb. habitationem h. t. vid. Cujac. ad l. 5. inf. de præscr. verb. Pac. ad Rubr. C. eod. (f) d. l. 1. §. 1. Duar. d. c. 2. (g) d. §. item is cui l. 18. in pr. ff. eo. Dixi, regulariter. Excipiuntur enim quidam casus, quos vid. apud Pac. in l. 1. C. eod. (h) d. §. item is cui d. l. 18. in pr. ff. eod. l. 23. ff. de R. J. Excipe casum d. l. 18. in fin. pr. l. 5. §. 10. l. 19. §. 1. l. 11. & 12. eo. (i) l. 17. § fin. l. 18. §. fin. h. t. Duar. d. loc. c. 4. (k) d. l. 18. §. 2. (l) d. l. 18. §. 3. Duar. d. loc. c. 5. vid. Vult. ad §. sequens illa. n. 69. & seqq. infr. de act.

## Hinc quæritur. I.

*Si duobus eadem res commodata sit, ea deperdita vel amissa quatenus teneantur? Uterq. in solidum: unius tamen solutione alter liberatur. l. 5. §. fin. h. t. l. 15. de tut. & rat. distr. Hot. ill. q. 19. Pac. 4. q. 41.*

## II.

*Ut commodatarius teneatnr ad casus fortuitos, an sufficiat pactum generale de omni periculo præstando? Aff. arg. l. 7. §. 16. ff. de pact. l. 38. Mand. Thoming. decis. 1. n. 36. & seqq. Pac. ad Rubr. C. h. t. n. 9. & seq. vid. Sich. ibid. n. 8. DISS Costall. ad l. 4. § 4. ff. si quis caut.*

Incen-

III.

Incendium an sit casui fortuito annumerandum? Disting. Costal. ad l. 3. §. 1. de off. præf. vigil. Aliter Pac. ad l. 9. n. 37. C. de pign. act. Moller. 4. semestr. 31.

IV.

An & furtum? Disting. Costal. ad l. 52. §. 3. ff. pro Soc. Sichard. ad l. 4. n. 6. C. de pign. act. vid. Pac. ad d. l. 9. n. 38.

V.

An commodatarius teneatur præstare culpam levissimam? A. l. 5. §. 2. l. 18. in pr. h. t. Cujac. 19. obs. 24. Borch. in tr. de O & A. c. 1. n. 35. & seq.

VI.

Commodatarius num possit commodanti quæstionem dominij referre? Neg. l. 16. ff. h. t. Duar. ad l. 11. ff. solut. matr. pag. 271. b. Sichard. ad l. 2. n. 2. C. h. t.

VII.

An actio commodati compensationem admittat? A. l. 18. §. f. ff. h. t. Donell. ad §. in bonæ fidei n. 11. infr. de act. Mercer. 1. opin. 14 Pac. 4. q. 45. & ad l. fin. C. h. t. Gilb. Reg. 1. Wesenb. 8. DISS. Bronch. 1. ass. 82.

CO-

# COROLL.

I.

Pecuniæ creditæ valore mutato, cujus temporis ratio habenda sit, solutionis an contractus? *Contractus. Ant. Fab. in tr. de var. nummar. debit. solut. c. 4. & 5.*

II.

Mutuatus pecuniam, an statim, ut eam restituat, compelli possit? *N. Fachin. 2. contr. 51.*

III.

Si quis ad certum usum & præfinitum tempus rem commodasset, an finito tempore, nec tamen impleto usu, eam repetere possit? *A. Costal. ad l. 5. in pr. ff. h. t.*

# PARERG.

I.

Cujusmodi crimen admittat, cuiq; pœnæ subjaceat, qui literas ad illum, cui eas reddendas acceperat, pigritia, viæq; conficiēdæ tædio adductus, non perfert, & nihilominus integrā mercedem, quasi litteris rectè curatis, postulat & accipit? II.

Quidam constitutionem religionis, des Religion friedens/ à tempore concilij Tridentini, respectu Augustanæ confessionis, expirasse, atq; ideo jurisdictionem Ecclesiasticam, cui jam funus ductum, robur recepisse, contendunt. An verè?

*Disputatio III.*

*LIBRI III. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# DEPOSITO, PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis VVestph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia*

*Respondebit*

CHRISTIANVS OMICHIVS

Rostochiens.

*Loco horisq; solitis, ad diem*

*29. Octob.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0529

DFG

# Thesis I.

DEpositum (species contractus realis tertia) est contractus Juris-gentium, (a) bonæ fidei, (b) quo res non litigosa, (c) gratis traditur alicui custodienda, & quotiescunque deponens reposcet, restituenda. (d) Et quia in hoc contractu, nec dominium, nec usus rei depositæ in depositarium transfertur, fit ut non tantum res propriæ sed & alienæ (e) deponi possint, depositio fiat periculo deponentis, (f) & depositarius dolum, eique proximam culpam latam (g) regulariter (h) tantum præstet. Cum depositio affinitatem habet sequestratio, quæ est rei litigiosæ à pluribus facta depositio. (i) Estque conventionalis sive voluntaria, facta partium, inter quas est controversia, voluntate, (k) aut judicialis sive necessaria, facta magistratus competentis auctoritate, parte etiam utraque, vel certè alterutra invita: (l) Et hæc regulariter est prohibita. (m) Ex omni autem depositio datur actio civilis, (n) rei persecutoria, (o) & in hæredes

descendens (p) directa & contraria. illa datur deponenti aut victori ad rem depositam restituendam, in qua interdum fit condemnatio in simplum, (q) interdum in duplum, (r) semper cum infamia conventi ob dolum suum; (s) hæc datur depositario vel sequestro ad repetendas impensas, utiliter in rem depositam factas. (t)

(a) *l. 7. §. 1. ff. de pact. §. Ius autem gentium supr. de jur. N. G. & C.* (b) *l. 1. §. 23 ff. h. t.* (c) *ut differat à sequestratione* (d) *l. 3. §. 1. ff. naut. caup. stab. d. l. 1. §. 22. h. t. Pac. ad Rub. C. eo. n. 7. ubi num. seqq. explicat, quomodo depositum ab alijs contractibus distinguatur. Add. Connan. 7. comm. 4. n. 1. & seqq.* (e) *l. 31. h. t. Wes. in parat. eo. n. 4.* (f) *§. præterea & is Inst. quib. mod. re contrab. oblig* (g) *l. 32. ff. h. t. l. 1. C. eo. Dec. ad l. 23. n. 1. de R. I. Duar. ad tit. C. h. c. 2.* (h) *vid. casus certos exceptos apud Vulte. ad d. §. præterea n. 7.* (i) *l. 17. in pr. ff. h. t.* (k) *l. 39. de acq. poss. Vulte. 1. IP. 33.* (l) *l. 16. de off. præs. l. 7. §. fin. qui satisd. cog. Vulte. d. loc.* (m) *l. un. C. de prohib. pecun. sequest. Vulte. d. loc.* (n) *l. 7. §. 1. de pact.* (o) *§. rei persequendæ. infr. de act.* (p) *§. 1. & 2. infr. de perpet. & temp. act.* (q) *l. 1. §. 1. h. t.* (r) *ut in casibus in d. §. 1. expressis.* (s) *l. 1 §. 6. ff. de his qui not. infam. Wesenb. in parat. h. n. 15.* (t) *l. 5. in pr. l. 8. l. 12. in pr. l. 23. h. t. Wes. ibid. n. ult.*

## Hinc quæritur. I.

*An depositum, quod Dd. vocant confessionalium*

natum, eodem jure censeri debeat, quo verum & reale depositum? A. l. 14. §. 1. C. de non num. pec. Fachin. 2. contr. 92.

II.

An res immobiles deponi possint? Communis Dd. sententia est, quod non: à qua recessit Gædd. ad l. 10. n. 3. de V. S. & ad Rub. extr. de sequest. n. 10. & seqq. An verè videb.

III.

An depositarius teneatur, si sine dolo, non absq; culpa rem amiserit? N. l. 29. h. t. Cujac. 22. obs. 30. DISS. Henr. à Sucrin. repet. lect. c. 19.

IV.

An propter impensas, quas fecit depositarius, ut depositum conservaretur, retinere illud, & restitutionem denegare possit? A. arg. l. 12. in pr. h. t. Sichard. ad l. pen. C. h. t. n. 6. ibid. Pac. n. 11. & ad l. fin. n. 13. C. de compens. DISS. Treutl. 1. disp. 26. th. 5. lit. c.

V.

An propter armorum metum judicialis sequestratio sit concessa? A. arg. l. 13. §. 3. de usufr. Vulte. 1. IP. 33. in fin. Mynsf. 2. obs. 11. DISS. Gædd. ad c. 2. n. 44. ext. de sequestr.

VI.

An propter contumaciam legitimè citati?

*A c. 1. & 2. extr. d. t. Clud. de jur. sequest. c. 5. n. 92. & seqq. DISS. Gædd. ad d. c. 1. n. 106. & seqq.*

*VII.*

*An is qui Ecclesiæ, vel juris patronatus sequestrum habet, vacante sacerdotio, jus præsentandi habeat? A arg. c. ne pro defectu. extr. de elect. Coras. 3. miscell. 2. n. 16. Gædd. in c. 2. n. 59. & seq. extr. de sequest.*

## THESIS II.

Contractus realis species quarta & ultima dicitur pignus, quod generaliter definitum (*a*) est res, quæ pro securitate sortis creditori nectitur & obligatur. Species ejus duæ sunt: Hypotheca & pignus in specie ita dictum. (*b*) Hypotheca est pignus rei non traditæ. (*c*) Estque alia expressa, alia tacita. (*d*) illa est de qua ut sit expressè convenit; hæc quæ sola lege inducitur. Pignus specialiter ita dictum est rei traditæ, (*e*) creditori sc. & à debitore plerumque, nonnunquam vero ab alio, nimirum magistratu. Hinc aliud voluntarium sive conventionale, aliud Prætorium. (*f*) illud est, quod voluntate & consensu partium traditur; (*g*) hoc, quod Prætoris, id est, magistratus autoritate capitur; (*h*) idque duabus ex causis. Vnum genus in ijs causis cernitur, in quibus in possessionem à magistratu, ex primo decreto mitti solet, ob non factam solutionem, aut

aut contumaciam debitoris. (i) Alterum est ex causa judicati: si enim condemnatus intra id tempus, quod judicatis datur non solvit, bona ejus capi ac distrahi jubentur, unde judicatis satisfiat. (k) illud Prætorium pignus in specie; hoc judiciale rectè appellari potest.

(a) *Cujac. in parat. ff. & C. h. t. Donell. in tr. de pign. c. 2* (b) *Cujac. Don. d. loc.* (c) *l. 9. §. 2. ff. de pign. act.* (d) *t. t. ff. & C. in quib. causis pign. vel hyp. tac. contr. Et sic hanc distributionem speciei esse, nimirum Hyppothecæ, non generis, rectè tradit. Vulte. 1. ℔ P. 34. DISS. Cujac. in parat. ff. d. t.* (e) *l. fin. C. de prætor. pign.* (g) *Donell. d. tr. c. 7. Pac. ad Rubr. C. de pign act. n. 7. quo refero & pignus testamentarium, quod obligatur jussu testatoris. l. 26. ff de pign. act. Pac. d. loc.* (h) *Donell. d. tr. c. 6. Vulte. d. loc.* (i) *Cujac. in parat. C. de prætor. pign. Donell. d. c. 6. Vult d. loc.* (k) *t. t. C. si in caus. jud. Don. Vult. d. loc.* (l) *Et sic pignus judiciale rectè speciem prætorij pignoris faciunt. Vult. Pac. d. loc. Donell. d. c. 6. & in l. à Divo Pio §. in venditione. ff. de re jud. lib. 27. comm. Connan. 4. comm. 16. n. 10. DISS. Cujac. 5. obs. 30. vid. de hac quæstione latè Pet. Frid. Mindan. lib. 3. de proces. cam. c. 15 §. 4.*

## Hinc quæritur. I.

*An invecta & illata ab inquilino inquilini in prædiũ urbanũ, tacitè locatori sint obligata? A. l. 11. §. 4. ff. de pign. act. Secus in illatis in prædium rusticum. l. 24. §. 1. ff. locat.*

*Harpr. ad §. item Serviana n. 10. & seqq. inf. de act.*

II.

*Invecta & illata in prædium rusticum, ut illa sint pignori, an sufficiat nuda scientia domini, vel requiratur expressa conventio? Hoc aff. §. 3. inf. infr. de interdict. l. 5. C. locat. Connan. 4. comm. 16. n. 6. Donell. d. tr. c. 4. DISS. Accurs. ad d. §. item Serviana.*

III.

*Libri studiosorum in conductum musæum illati, an tacitè pignoris loco habeantur? N. arg. l. 2. cum Auth. seq. C. quæ res pign. obl. poss. Sich. ad Rubr. C. de pign. n. 8. Harpr. d. loc. n. 14. & seqq.*

IV.

*An in prædium urbanum à minore absq; curatoris consensu illata? A. arg. l. 46. de O. & A. Gail. 2. obs. 83. n. 8. & seqq. DISS. Nebel. disp. 14. th. 1. lit. a.*

V.

*Si ad refectionem navis aliquis pecuniam crediderit, an ei navis tacitè obligata sit? Affirmativa vulgo obtinuit; A qualegũ veritate inspecta recte recessere Connan. 4. comm. 17. n. 13. Don. d. tr. c. 5. Robert. 3. animad. 14.*

THE-

# THESIS III.

Oppignorari possunt omnes res, (nisi natura aut lege specialiter prohibitæ sint) (a) tam mobiles, quam soli, (b) tam corporales quam incorporales, (c) & non tantum eæ, quæ in rerum natura jam sunt, sed & quæ futuræ sperantur. (d) Vt autem rectè oppignorentur hoc duobus modis efficitur: Primo si subsit aliquod debitum sive aliqua obligatio, sive illa sit civilis, sive honoraria, sive naturalis tantum: Sive ea sit pura obligatio, vel in diem, vel sub conditione: sive sit propria, vel aliena: & sive in præsenti contractu; sive etiam præcedat. (e) Sed & pacta pignus recipit, (nisi ea sint jure prohibita (g)) puta, ut creditor fructus rei pignoratæ, quos alioqui non lucratur, sed sorti imputat, (h) aut aliud quid supra sortem, pro usu pecuniæ accipiat, quæ species antichresis vocatur. (i) Secundo si ij oppignoraverint, qui aut domini, (k) aut quasi, (l) earum rerum sunt, vel jus in ijs, aut in bonis habent, (m) & jure obligari possunt. (n)

(a) *Quæ sint illæ res vid. in t. ff. & C. quæ res pign. dat. oblig. non poss. & Cujac. Wes. in parat. ibid. Donell. h. tr. c. 9. Connan. 4. comm. 14. n. 6.* (b) *l. 9. §. fin. de pign. l. 18. in pr. de pign. act.* (c) *l. nomen C. quæ res pign. oblig. poss.* (d) *l. 15. de pignor.* (e) *quæ omnia explicat JCtus in l. 5. d. t.* (f) *t. t. C. de pactis pign. & ibi Dd.* (g) *vid. infr.*

q. 4. & seqq. (h) l. 1. C. de distr. pign. l. 1. l. fin. C. de pign. act. Cujac. ad illum tit. pag. 108. & seq. (i) l. 11. §. 1. de pign. Cujac. d. loc. (k) l. 6. C. quæ res pign. oblig. (l) ut Emphyteuta l. 31. de pign. (m) d. l. 6. (n) l. fin. C. si res alien. pign. de quibus omnibus, vid. Donell. d. tr. c. 3. Duar. ad t. C. de pign. act. c. 8.

## Hinc quæritur. I.

*An res aliena (quæ pignori sine consensu domini dari nequit) pignori data, ignoranti creditori noceat, si dominus postea debitori heres existat? N. l. 22. de pign. Vult. 1. discept. 17. DISS. variè Dd. ut refert Treutl. 2. disp. 1. th. 5. lit. a.*

II.

*An servitutes urbanæ & rusticæ pignori dari possint? N. l. 11. §. fin. de pign. Duar. 2. disp. 13. Don. d. tr. c. 10. DISS. Connan. 4. comm. 14. n. 1. & seqq. Cujac. 15. obs. 6.*

III.

*An liberorum hominum, quibus alieni debiti causa manus injiciuntur, oppignorationes (repressalias vocant) de jure defendi possint? Alij ajunt, alij negant. Dist. Coler. de process. execut. p. 1. c. 2. n. 269. & seqq. Pet. Frid. Mindan. lib. 1. de process. cam. c. 48. quos sequor.*

Si

IV.

*Si in utilitatem tertij, pactum legis commissoriæ in pignore (aliàs prohibitum) factum sit, an valeat? N. Moller. 2. semest. 34. Ant. Fab. de err. pragm. Decad. 21. err. 5. DISS. Treutl. d. disp. 1. th. 6. in fin.*

V.

*Iuratum hoc pactum, an in pignoribus locum habeat? N. arg. c. non est obligatorium de R. I. in 6. Fab. d. Decad. 21. err. 8.*

VI.

*Quid si ex intervallo pignori apponatur? Necdum valet l. fin. C. de pact. pign. Fab. d. Dec. err. 2. Molin. de usur. n. 363.*

VII.

*Valet tamen ejusmodi pactum, ut pignus, pecunia suo die non soluta, justo precio TVNC æstimando, creditor jure emtoris retineat. l. 16. §. fin. de pign. Donell. d. tr. c. 13. Fab. d. err. 2. pag. 610. & seq.*

VIII.

*Si autem ita conveniat, ut pecunia suo die non soluta, pretio certo IAM TVM CONVENTO, emptum sit creditori, secus esse tradit Fab. d. loc. an verè videb.*

An

IX.

*An sit antichresis aliqua tacita? N. l. 17. C. de usur. contra Cujac. 8. obs. 17. Borch. de usur. c. 6. n. 3. Ant. Fab. decad. 9. err. 5.*

X.

*In expressa antichresi, an fructus legitimum usurarum modum excedere possint? A. d. l. 17. Cujac. d. obs. 17. & ad l. 1. §. pacto de pign. in lib. 11. Respons. Papin. Donell. de usur. c. 4. pag. 24. Fab. d. loc.*

## THESIS IV.

Pignore constituto, consequitur creditor jus duplex, pignoris sc. persequendi, (*a*) &, nisi luatur, distrahendi. (*b*) Persecutio fit actione Serviana, & quasi Serviana, quæ eadem hypothecaria vocatur. illa datur ei, de rebus coloni in prædium rusticum illatis, & expresso pacto pignoratis, pro mercedibus aut deteri oratione fundi; (*c*) hæc, ex quavis causa pignus hypothecamve habenti, de quacunque re, sive expresse, sive tacitè oppignorata, ad ejus pignoris hypothecæve persecutionem, creditori conceditur. (*d*) Distractio pignoris nihil aliud est, nisi alienatio rei pignoratæ (cessante nimirum debitore in solutione) legitimè facta à creditore, cui pignus jure obligatum est, heredeve ejus. (*e*) Legitimè fit, vel ex conventione

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0553
DFG

tione circa id facta, (f) vel si de non alienando pignore ab initio convenerit, trina denunciatione, (g) testato facta, (h) precedente. Quod si res emtorem non inveniat, jus dominij creditor impetrare potest. (i) Sed quia eadem res pluribus nonnunquam obligatur, in persecutione pignoris, ea obtinet regula; Qui prior est tempore, potior est jure. (k) Solvitur pignus varijs modis, si solutum sit debitum, vel eo nomine satisfactum, si paciscatur creditor ne pecuniam petat, vel ne res pignori sit, rei interitu, & alijs modis. (l) Oriturq; tum actio directa & contraria. (m) illa datur debitori ad pignus, una cum fructibus repetendum, (n) & damnum dolo culpave datum resarciendum; (o) hæc creditori, ad id quod sibi pignoris nomine abest. (p)

(a) *l. 17. de pign.* (b) *t. t. ff. & C. de distr. pign.* (c) §. *item Serviana & ibi Dd. infr. de action. l. 2. in quib. causis pign.* (d) *d.* §. *item Serviana & ibi Dd. Donell. h. tr. c. 11.* (e) *l. pen. C. de distr. pign. Cujac. in parat. ibid. Vulte. 1. IP. 34.* (f) §. *1. supr. Quib. alien. lic. vel. non l. 4. 7. de pign. act.* (g) *d. l. 4. Ter autem denunciatum quando intelligatur. & quod dies intercedere debeant. vid. Hakelm. ill. quæst. disp. 12. th. 13.* (h) *l. 4. C. eod. Wesenb. Cujac. in parat. ff. & C. eo.* (i) *t. t. C. de jur. dom. impet.* (k) *l. 8. l 10. l. 11. ff. qui pot. l. 3. l. 2. C. eo. Connan. 4. comm. 17. dixi regulariter: excipiuntur enim*

*enim aliquot casus, de quibus passim in dd. t. t.* (l) *de quibus omnib vid. t. t. ff. & C. quib. mod. pign. solv.* (m) *t. t. ff. de pign. act. & C. ubi Sichard. Pac. ad Rub. Duar. c. 3.* (n) *l. 40. §. fin. l. 22. §. 2. l. 9. in fin. ff. d. t. t. 1. 2. 3 l. 11. l. ult. C. eo. Pac. d. loc. Duar. c. 4.* (o) *l 25. l. 14. ff. eo. l. 19. C. de pign.* (p) *l. 16. §. 1. l 8. in pr. l. 9. in pr. l. 31. 32. 36. ff. de pign. act. Duar. c. ult.*

## Hinc quæritur. I.

*Actio Serviana an etiam adversus inquilinum detur? N. § item Serviana ubi VVes. n. 1. Vulte. n. 40. infr. de act. DISS. ibid. Harpr. n. 1. & 21.*

### II.

*Num creditori ex conventione liceat pignus ex propria auctoritate, reluctante debitore, occupare? N. l. 3. ubi Donell. C. de pign. l. non est singulis de R. I. Vaud. 1. q. 13. DISS. Accurs. ad d. l. 3.*

### III.

*Si nulla de alienando pignore pactio apposita sit, an ante biennium distrahi possit? A. l. 4. de pign. act. l. 7. l 9. l. 14. C. de distr. pign. Donell. h. tr. c. 12 Bronch. 1. ass. 98. DISS. Cujac. ad d. t. C. Vulte. 1. IP. 24. & Dd. comm. ad §. contra autem supr. quib. alien. lic.*

An

IV.

*An valeat conventio ut pignus in antechresin datum distrahi à creditore nunquam possit? A. cum Ant. Fab. de err. pragm. Decad. 9. err. 7.*

V.

*An mulier dotis nomine omnibus creditoribus, tam anterioribus, quam posterioribus, tam expressam, quam tacitam hypothetam habentibus, præferatur? A. l. f. C. qui pot. in pign. & ibi Cujac. Mynsi. 1. obs. 61. & 4. obs. 13. Vaud. 1. q. 21. Fachin. 3. contr. 99. Harpr. ad § fucrat antea. n. 6. & seqq. infr. de act. DISS. Gail. 2. obs. 25. n. 10. Donell. ad d. l. fin. & ibid. Sichard.*

VI.

*An idē locum habeat in dote cauta seu confessata? N. d. l. fin. §. 1. Gail. 2. obs. 81. n. 1, & seq. VVes. in parat. ff. de privil. cred. n. 5. Sich. ad d. l. fin. n. 28. & seq.*

VII.

*Vtrum prærogativa inter creditores, ex diversis diebus, an vero etiam unius diei diversis horis & momentis æstimanda sit? Hoc A. cum Connan. 4. comm. 17. n. 4. in fin. Gail. 2. obs. 25. in pr. DISS. Hotom. de pign. c. 4.*

An

VIII.

*An pignus offerens æquè idoneum, invito creditore audiatur, ut prius pignus liberetur? Neg. arg l. 9. §. 3. de pign. act. Gomez. 2. resol. 13. n. 7. DISS. Dec. ad l. 25. n. 4. ff. de R. I.*

# PARERG.

I.

An mercenario, qui tempore aliquo adversa valetudine laboravit, merces conventa omnis debeatur?

II.

Filius natus post 10 mensem in domo mariti ægrotantis, an legitimus censeatur?

*Disputatio IV.*

*LIBRI III. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# VERBORVM OBLIGATIONIBVS.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,
Osnaburgensis VVestph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia Respondebit*

IOANNES FVRBORN
Hervordiens. VVestph.

*Loco horisq; solitis, ad diem 4. Novemb.*

ROSTOCHI
Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0563
DFG

# Thesis I.

SEquitur id contractus genus, quo verbis ad conventionem accedentibus contrahitur obligatio, diciturq; in usu juris uno verbo STIPVLATIO, quæ est contractus (a) juris civilis, (b) stricti juris, (c) verbis initus, (d) interrogatione præcedente eamq; responsione (e) congrua (f) in continenti (g) subsequente, de re danda vel facienda. (h) Vt autem verba olim requirebantur certa & solemnia: Sic hodiè solemnitate verborum illa sublata, nihil refert quibus verbis, modò interrogationi responsionem congruè copulent, contrahentes utantur, vel qua lingua, modò alter alterum intelligat, (i) si non per se, saltem per verum interpretem, qui utriusq; linguæ sit peritus. (k) Et non solùm purè, sed & in diem, & sub conditione celebrari potest. Quoties autem dies vel conditio non adjicitur, purè concepta dicitur, & statim actionem parit. In diem quod stipulamur, statim quidem debetur, peti autem

prius quàm dies venerit, imò ne ipso quidem die, in quem stipulatio facta est, non potest. (l) Ex conditionali stipulatione tantum est spes debitum iri, quam etiam in heredem transmittimus. (m)

(a) *§. fin. supr. de oblig. l. 31. ff. de O. & A.* (b) *non solùm forma, sed etiam origine. §. constituta. infr. de act. l. 126. §. Chrysogonus. h.t. Gœdd. de contrab. stip. c. 2. conclus. 1. Vulte. ad pr. h. t. n. 5. DISS. Forcat. Necyom. Dial. 72. Walther. 1. misc. 11.* (c) *l. 5. in fin. cum l. seq. ff. de in lit. jur. §. actionum. & ibi Dd. infr. de act.* (d) *in pr. h. t. l. 1. in pr. l. 5. §. 1. ff. eo.* (e) *per alleg. text. Donell. ad d. §. 1. n. 3. Gœdd. d. loc. c. 1. n. 57. & seq.* (f) *d. l. 1. §. 3. §. præterea. Inst. de inut. stip.* (g) *d. l. 1. §. 1. ubi Ferret. n. 3. Zas. n. 4.* (h) *l. 2. in pr. d. l. 5. §. 1. h. t.* (i) *§. 1. h. t. l. omnes C. eo.* (k) *d. l. 1. §. fin. Viri autem incumbat probatio, verum interpretem fuisse adhibitum, vid. Donell. ibid.* (l) *§. omnis stipulatio, & ibi Dd. h. t.* (m) *§. ex conditionali. eo. secus est in legato conditionali. l. 4. ff. de adim. leg. l. 4. in pr. ff. quand. dies legat. Rationem vid. apud. Cujac. ad l. 42. ff. de O. & A. Donell. ad l. 57. n. 2. & seqq. h. t.*

## Hinc quæritur. I.

*Stipulatio sitnè propriè, an verò impropriè contractus? Illud A. cum Zas. ad l. 5. in pr. h. t. Gœdd. d. loc. c. 1. n. 22. Vult. ad pr. Inst. h. n. 16*

*h. n. 16. DISS. Ferret. ad Rub. ff. d. t. n. 5. Alciat. Forner. Bræch. ad l. 19. de V. S.*

II.

*Si is qui interrogatur annuat, an saltem naturaliter obligetur, & sic inutilis stipulatio, utile pactum habeat? N. l. 1. §. 2. ubi Cujac. Donell. h. t. Borch. ad eund. tit. c. 1. n. 10. DISS. Accurs. ad l. 27. §. pen. ff. de pact. Duar. ad d. §. 2.*

III.

*Si stipulanti mihi purè, tu in diem vel sub conditione promittas, an valeat stipulatio? A. si diversitas responsionis ilicò stipulatori placuerit. l. 1. §. 3. in fin. h. t. ubi Donell. n. 10. & seqq. Gœd. d loc. c. 4. n. 46. Bronch. 4. aff. 37. DISS. Zas. ad d. §. 3. n. 7. & 8.*

IV.

*Secus si stipulanti decem, quinq; promittantur: Valet enim in quinq; obligatio, etiamsi responsio, ilico stipulatori non placeat. d. l. 1. §. 4. ubi Zas. Don. Bronch. d. loc. Pac. 7. q. 24. DISS, Cœdd. d. c. 4. n. 64. & seqq. Borch. de V. O. c. 1. n. 5. & ad §. præterea. Inst. de inut. stip. & ibid. Port. Vulte.*

V.

*An stipulatio impersonaliter facta, DABIS?*

DABITVR, valeat? A. arg. l. 9. §. 5. in fin. ff. de interrog. act. Gœdd. d. c. 4. n. 30. Donell. ad l. 5. §. 1. n. 4. h. t. DISS. Bart. ad d. §. 1. n. 1. ibid. Iaſ. n. 4. Sichard. ad auth. ſi quando. C. de conſt. pec. Aliter Duar. ad d. §. 1. VVeſ. in parat. ibid. n. 4.

VI.

An ea reſponſio in continenti fieri intelligatur, quæ ſit eodem die, nullo actu extraneo interveniente? A. l. 137. h. t. Gœdd. d. c. 4. n. 15. & ſeqq. Donell. ad l. 1. §. 1. n. 5. h. t. DISS Alciat. 1. parad. 13.

VII.

Quis autem ſit actus extraneus arbitrio judicis committo, cum Gœdd. d. c. 4. n. 22. arg. l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. vid. Donell. d. loc. n. 6.

VIII.

An quod purè debetur, ſtatim, ſine ullo laxamento temporis, peti poſſit? A. §. omnis h. t. l. 41. §. quoties ubi Don. n. 35. de V. O. & 15. com. 7. Bronch. 4. aſſ. 49. DISS. variè Dd. alleg. ab Hakelman. illuſt. quæſt. diſp. 22. th. 6. lit. c.

## THESIS II.

Inter ſtipulationum diviſiones multiplices,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0573
DFG

ces, (a) præcipuæ hæ sunt. Primò, quod quædam sint conventionales, quædam judiciales, quædam communes. (b) Conventionales sunt, quæ ex conventione utriusq; partis, sive Reorum, concipiuntur. (c) Iudiciales, quæ magistratu autore fieri jubentur, non in judicio tantum, sed & extra judicium. (d) Quæ in judicio fiunt, judiciales in specie dicuntur, & à mero, id est, solo judicis officio proficiscuntur. (e) Extra judicium quæ fiunt, dicuntur Prætoriæ, & ex mero, id est, solo Prætoris officio veniunt. (f) Eæq; rursum vel cautionales, quas prætor non nisi imploratus, (g) vel Prætoriæ in specie, quas prætor non rogatus, sed sponte, futuri judicij constituendi & confirmandi causa, fieri jubet. (h) Communes sunt, quæ modo à Prætore, modò à judice, sive in judicio, sive extra judicium, decerni solent. (i) Secundò, quod quædam sint dividuæ, quædam individuæ. (k) Dividuæ sunt, vel corpore, vel intellectu. (l) Corpore, quæ partium præstationem numero reipsa percipiunt, ut pecunia, aliave quantitas. (m) Intellectu, ut obligatio speciei, puta stichi. (n) Individuæ sunt, quæ natura sua divisionē non recipiunt, ut sunt plerumq; facta, puta fundum tradi, insulam fabricari, (o) &c.

(a) *De quib. vid. Mozz. de stipulat. pag. 321. & seqq. Vulte. ad tit. Inst. de divis. stip. Wesenb. in*

parat. de V. O. n. 6. & seqq. (b) l. 5. in pr. de V. O. (c) d. t. Inst. d. l. 5. in pr. ubi Donell. n. 17. (d) l. 1. §. 1. de prætor. stip. ubi Wesenb. in parat. n. 3 Vulte. 1. IP. 39. (e) d. t. Inst. d. l. 5. in pr. & ibi Duar. Borch. de V. O. c. 2. n. 1 § 2. (f) alleg. text. Donell. ad d. l. 5. in pr. n. 6. & 11. (g) Vulte. d. loc. l. 1. §. 2. de prætor. stip. ubi Wes. in parat. n. 4. (h) Vulte. d. c. 39. & ad t. Inst. de inut. stip. n. 1. (i) d. l. 5. in fin. pr. Vulte. d. loc. (k) l. 2. §. 1. de V. O. (l) Althus. 1. IP. 27. (m) Borch. d. c. 2. n. 12. & seqq. Althus. d. loc. Vulte. ad t. Inst. de divis. stip. n. 3. (n) l. 9. de solut. Vulte. Althus. d. loc. (o) l. 72. in pr. ubi Zas. n. 3. Donell. n. 13. de V. O. Borch. d. c. 2. n. 30. & seqq. vid. Connan. 6. com. 2.

## Hinc quæritur. I.

*Stipulatio de rato, rectenè inter communes stipulationes referatur? A. §. fin. Inst. de divis. stip. & ibi VVesenb. n. 4. l. 5. in pr. de V. O.*

## II.

*An servitutes sint individuæ, & sic eorum obligatio individua? A. l. 11. ff. de servitut. l. 2. §. 1. de V. O. Excipe usumfructum. l. 4. & seq. ff. de usufr. Rat. vid. apud Pet. Frider. Mindan. lib. 3. de proces. cam. c. 12. §. 8. & seqq. Hotom. ill. quæst. 29. Vacun. declar. 73. n. 8. Vulte. ad pr. Inst. de usufr. n. 14.*

Si

III.

*Si quis servitutem promiserit alicui in certo fundo, & is relictis duobus vel pluribus heredibus, quibus fundus adhuc communis est, decesserit, an unus pro constituenda servitute in solidum conveniri, & servitutem constituere possit? A. l. 1. § 2. de V. O. l. 11. §. 23. & seq. ff. de leg. 3. Pet. Frid. d. lib. 3. c. 13. §. 13. DISS. Accurs. & post eum Cujac. & alij. ad d. §. 2.*

IV.

*Si genus, puta homo, equus, sit in stipulatione, an sit dividua, vel individua obligatio? Hoc A. Secus tamen in obligatione specici. d. l. 1. §. 1. l. 9. de solut. Pet. Frid. d. c. 13. §. 3. & seq.*

V.

*Stipulatio hæc, DOLVM MALVM ABESSE, sitnè individua? A l. 4. in pr. de V. O. Gœdd. de contrah. stip. c. 6. n. 315. Borch. de V. O. c. 2. n. 331. & seqq. vid. Duar. ad d. l. 4.*

## THESIS III.

Porro stipulari & promittere possunt omnes, tam liberi, quam servi, (a) nisi expressè prohibeantur. Prohibentur surdus, mutus,

(b) absens, (c) furiosus, (d) infans. (e) Prodigus cui bonis interdictum est, (f) & pupillus, licet infantiæ proximus, (g) quamvis alteri inutiliter promittant, sibi tamen, etiam tutore vel curatore absente, rectè stipulantur. Et sicut alteri stipulari nemo potest, (h) nisi potestatis jure, nisiq; pœnam, vel quanti ea res est, stipulatus sit, aut ejus interfit alteri dari vel fieri: (i) ita factum alienum inutiliter promittitur, nisi se curaturum, ut alius det faciatvè, quis promiserit. (k) Sed & non tantum unus, verum etiam plures vel stipulatores, vel promissores esse possunt. illi Rei (l) stipulandi, hi promittendi dicuntnr. Rei stipulandi sunt, qui ab uno vel pluribus, eandem rem, ex uno contractu, suo nomine singuli in solidum stipulati sunt. (m) Rei promittendi sive debendi sunt, quorum singuli eandem rem, uni vel pluribus stipulantibus in solidum, & principaliter, ea mente ut quamvis solidum singuli, unum tamen omnes debeant, promiserunt. (n) Atq; alter Reorum stipulandi accipiendo, alter Reorum promittendi solvendo, omnium obligationem perimit. (o)

(a) *t. t. Inst. ff. de stipul. serv.* (b) §. *mutum Inst. de inut. stip. l. 1. in pr. ff. de V. O.* (c) §. *item verborum. Inst. d. t. d. l. 1 in pr. l. 3. C. de inut. stip.* (d) §. *furiosus. Inst. d. t. l. 1. §. 12. de O. & A. Duar. in rep. ut. de V. O. c. 3.* (e) §. *pupillus. Inst. d. t. l. 1. in pr. de V. O.* (f) *l. 6. d. t.*

l. 6. d. t. Duar. d. c. 3. Vulte. ad pr. Inst. de V. O. num. 31. & seq. (g) d. §. pupillus. l. 7. C. de contrah. stip. (h) §. alteri Inst. d. t. l. 38. §. alteri. de V. O. ubi Zas. num. 5. Covarr. in c. quamvis. extr. de pact. p. 2. §. 4. n. 3. & 14. Donell. 12. com. 17. & 18. (i) alleg. text. plures limitationes vid. apud Schneid. ad §. si quis alium. h. t. Vasq. controvers. quæst. c. 58. (k) d. §. si quis alium. l. 83 in pr. de V. O. ubi Cujac. lib. 27. Paul. ad edict. Donell. d. lib. 12. c. 19. (l) t. t. Inst. ff. & C. de duob. reis. Rei dicti, à re, quæ una eademq; in obligationem deducitur. Mynsi. ad Rub. Inst. d. t. (m) in pr. eo. l. 2. l. 3. ff. eo. (n) d. pr. & l. 4. ff. eo. Cujac. in parat. C. eo. Duar. ad tit. ff. eo. Connan. 6. com. 5. (o) §. fin. Inst. d. t. d. l. 2. l. 3. ff. eo. l. 2. C. eo.

## Hinc quæritur. I.

*An stipulatio, scriptis inter præsentes contracta, valeat? N. l. 1. in pr. de V. O. ubi Donell. n. 4. & 10. Bronch. 4. ass. 43. DISS. VVesenb. in parat. ff. eo. n. 12. in fin.*

## II.

*Vtrum in feudis alter alteri stipulari possit? Dist. cum Fachin. 7. controvers. 76. ubi vid. DISS.*

## III.

*An tabellio sive Notarius publicus, pro singulis civibus, etiam sine mandato utiliter stipuletur? N. arg. l. fin. ff. quod cujusq; universi.*

niverſ. l. 6. §. 1. de rer. diviſ. Hotom. 4. obſ. 25. Vid. Fachin. 8. controverſ. 91.

IV.

Si quis, ut alius daret, ſe curaturum promiſerit, ſi curavit quantum in ſe fuit, an ab intereſſe liberetur? A. arg. l. fin. §. 1. ff. de reb. cred. Anton. de Gamma deciſ. 32. num. 3. VVeſenb. ad §. 3. num. 3. Inſt. de inutil. ſtip. Donell. ad l. 67. §. 1. num. 6. de V. O. & 12. com. 19. DISS. Bronch. 4. aſſ. 40.

V.

An ſtipulatio pœnalis, priorem obligationem novet? Niſi id actum ſit, N. arg. l. 41. 42. & 72. ff. pro ſoc. Cujac. ad l. 115. ibid. Duar. Donell. num. 31. & ſeqq. ff. de V. O.

VI.

Cui ex pluribus Reis ſtipulandi facienda ſit ſolutio? Ante litem conteſtatam locus eſt gratificationi: cum autem unus judicialiter petijt, alteri fruſtra offerri, ajo cum Fcto in l. 16. ff. de duob. reis. VVeſenb. in parat. ibid. n. 7.

VII

Electione unius Rei promittendi an liberetur alter, ut cum eo amplius agi non poſſit? De jure noviſſimo indubitata eſt ſententia negativa, ex l. fin. C. de fidejuſſ.

An

VIII.

*An etiam de jure veteri, electione vius liberatus fuerit alter? N. l. 8. §. 1. ff. de legat. 1. l. 1. §. 43. ff. depos. Donell. ad t. C. de duob. reis. c. 8. n. 2. Bronch. 4. aff. 52. DISS. Cujac. (sibi contrarius ad d. l. 8. §. 1.) ad l. 116. ff. de V. O. lib. 4. respons. Papin.*

IX.

*An duo Rei debendi etiam jure novo in solidum teneantur? N. Sed beneficium divisionis eis competit, Nov. 99. c. 1. auth. hoc ita. C. de duob. reis. Donell. d. loc. c. 3. Pet. Frider. Mindan. lib. 3. de proceff. cam. c. 14. §. 2. DISS. Cujac. ad tit. Inst. de duob. reis.*

X.

*An unius ex correis credendi novatio sive delegatio alteri noceat? Aff. Venulejus in l. 31. §. 1. ff. de novat. Neg. Paulus in l. 27. in pr. ff. de pact. In conciliatione variant Dd. ut videre licet apud Cujac. ad d. l. 27. Robert. 1. sent. 25. Anton. Fab. 11, conj. 18. pag. 71. in fin. & seq. Gædd. de contrah. stip. cap. 12. num. 9. & seqq. Pac. 1. quæst. 96. Pet. Frider. d. lib. 3. cap. 17. § 5. Quæ sequenda sit, inter disputandum videb.*

THE-

# THESIS IV.

In ſtipulationem autem non ſolum res, ſed & facta deduci poſſunt. (a) Facta quidem quævis, modò poſſibilia; vel legè, quæ ſc. juri, aut bonis moribus non ſunt contraria; (b) vel naturâ, quæ ab homine, natura non impediente, fieri poſſunt. (c) Res etiam quælibet, tam corporales, quam incorporales, (d) tam mobiles, quam immobiles, (e) ſive ſint præſentes, ſive futuræ ſperentur, (f) modò ejuſmodi ſint, quæ alienari non ſunt prohibitæ, & quæ in dominio eſſe poſſunt, (g) nondum tamen in dominio ſtipulatoris exiſtunt. (h) Actio deniq; ex hoc contractu oritur duplex: condictio certi, & actio ex ſtipulatu. (i) illa datur, quoties apparet, quid, quale, quantumq; ſit, quod promiſſum eſt, (k) hæc tunc competit, quando incertum (incertum in ſpecie, non in genere, (l) ejusmodi enim ſtipulationes nullius rei ſunt) in ſtipulationem eſt deductum. (m)

(a) §. *fin. Inſt. de V. O. l. 2. in pr. ff. eo. ubi Weſenb. in parat n. 11. Donell. 12. com. 20.* (b) *l. 6. C. de pact. l. 26. ff de V. O. Vulte. 1. IP. 39. Don. d. lib. c. 21.* (c) *Weſ. d. n. 11. §. ſi impoßibilis. Inſt. de inut. ſtip. ubi Weſ. n. 2. notat quare conditio impoßibilis negativa, non vitiet obligationem.* (d) *in pr. Inſt. d. t.* (e) *d. pr. 7. Vulte. d. c. 39. & ad pr. Inſt. de V. O. n. 34.* (f) *fructus enim qui ſperantur futuri, rectè ſtipulamur. l. 73. ff. de V. O.* (g) *res enim quæ extra commercium ſunt,*

*sunt, ut liber homo, res sacræ &c. inutiliter stipulamur. d. pr. l. 118. l. 83. §. sacram. ff. d. t. Connan. 6. com. 4. n. 4. Donell. d. c. 20.* (h) *Rem enim suam inutiliter quis stipulatur. l. 29. §. 1. l. 82. eo.* (i) *in pr. Inst. de V. O.* (k) *d. pr. & l. 9. l. 6 ff. de reb. cred. l 74 & l. seq. de V. O.* (l) *l. 115. l. 94. & ibi late Ias. ff. de V. O. Wesen. in parat. ibid. n. 14.* (m) *d. pr. Inst. de V. O. d. l. 75. Wesenb. d. loc.*

## Hinc quæritur. I.

*An rei in stipulationem deductæ quæ extra commercium est, debeatur saltem æstimatio? Si promissor tantum ejus commercium non habeat, Aff. l. 34. ff. de V. O. Donell. d. c. 20. In d. autem l. conciliatione, cum l. 40. ff. de legat. 1. sequor Donell. ad d. l. 34. DISS. Cujac. ibid. Borch. ad §. non solum. supr. de legat. ibid. V Wesenb. n. 3.*

II.

*Sed quid si nec stipulator, nec promissor commercium habeat, an saltem pœnæ valeat stipulatio? N. arg §. 1. Inst. de inutil. stip. & d. l. 34. Donell. d. c. 20.*

III.

*Si quis rem sibi debitam, non suam, sibi dari stipuletur, num talis valeat stipulatio? A. Si ex emptione aliove simili contractu oneroso, de-*

*so, debita sit. arg. §. si res aliena supr. de legat. Duaren. in repet. tit. de V.O. cap. 5.*

I V.

*An pretium rei suæ rectè quis stipuletur? A. cum V Vesenb. ad pr. Inst. de inutil. stipul. num. 5.*

V.

*An utraq; ex stipulatu descendens actio, sit stricti juris? A. §. actionum. infr. de actionib. l. 5. in fin. & l. seq. ff. de in lit. jur. Gœdd. de contrah. & com. stip. c. 8. num. 24. DISS. Jas. & Dd. com.*

## PARERG. I.

An, si qua lege municipali potestas vulneris faciendi fieret, & inferendæ cædis fiat?

I I.

Quibus pœnis subiaceant, qui captum è manibus judicis vel ministrorum eximunt?

I I I.

Heres legitimus an teneatur ratam habere alienationem, à defuncto factam, contra legis provincialis prohibitionem?

*Disputatio V.*

*LIBRI III. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# FIDEIVSSORIBVS, ET LITERARVM OBLIgationibus.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis VVestph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia*

*Respondebit*

HENRICVS ROTERMANNVS

Demminens. Pomeran.

*Loco horisq; solitis, ad diem*

*11. Novemb.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0597

DFG

# Thesis I.

VErborum obligatio ipsa, eo quo dicto modo, contrahitur. Sed aut proprio nomine quisq; obligatur, aut alieno. Qui autē alieno, fidejussor vocatur, (a) qui est is, qui pro debitore, suo nomine stipulanti, salva manente obligatione debitoris principalis, promittit. (b) Et sicut illa promissio solemniter fit per stipulationē: (c) ita etiā verba intervenire debent, sed quæ, non refert, dum sint ejusmodi ut stipulationi accommodari possint. (d) Fidejubere possunt omnes, (e) qui non prohibentur. Prohibetur fœmina, (f) miles, (g) servus extra peculiarem causam (h) &c. Idoneus enim fidejussor non tantum facultatibus, sed & conveniendi facilitate probatur. (i) Omni autem obligationi principali (fidejussio enim sine alterius obligatione, non magis quàm accessorium sine principali esse potest (k)) sive illa sit civilis sive naturalis, (l) sive præsens sive futura, (m) in eum solum finem ut creditum tanto sit tutius, accedere potest. (n)

 (a) l. 1.

(a) l. 1. §. 8. ff. de O. & A. Quid autem differat, sponsor, expromissor, mandator, constitutor, à fidejussore specialiter ita dicto. vide Schneidvv. ad pr. h. t. Wes. in par. ff. eod. n. 2. Sichard. ad Rub. C. eod. (b) in pr. h. t. ubi Vult. n. 4. Cujac. in par. ff. eod. Hyp. de Marsil. in tract. de fidejuss. n. 2. (c) l. 12. C. h. t. Hyp. d. tract. n. 92. Ferret. ad l. 30. n. 2. ff. de V. O. (d) Connan. 6. com. 6. n. 4. facit supr. diss. præced. thes. 1. lit. i. k. (e) Wesenb. in par. ff. h. t. n. 3. (f) t. t. ff. & C. ad SCtum Vellejan. Fallit id tamen in multis casib. quos numero 19. enumerat. Petr. Frid. Mindan. lib. 2. de proceff. cam. c. 61. §. 4. (g) l. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 31. C. locat. (h) l. 20. l. 3 ff. h. t. (i) d. l. 3. (k) l. 16. h. t. l. 178. ff. de R. I. (l) S. in omnibus h. t. d. l. 16. S. 3. Vasq. illustr. controvers. c. 40. n. 8. & seq. Bronch. 4. aff. 55. & 60. (m) §. fidejussor & præcedere. h. t. l. 6. ff. eod. (n) in pr. h. t. S. fin. infr. de replicat.

## Hinc quæritur. I.

*An de Iure Canon. fidejussor sine stipulatione obligari possit? Aff. cum Garz. in c. 1. n. 124. extr. de pact. facit supr. hujus lib. diss. 2. thes. 1. q. ult. DISS. Zas. ad l. 5. §. stipulatio autem n. 9. in fin. ff. de V. O.*

I I.

*An fidejussor ob fidejussionem pecuniam accipere possit? A. l. 6. §. fin. ff. mand. l. 19. §. 1. de*

(a) l. 1. §. 8. ff. de O. & A. Quid autem differat, sponsor, expromissor, mandator, constitutor, à fidejussore specialiter ista dicto. vide Schneidvv. ad pr. h. t. Wes. in par. ff. eod. n. 2. Sichard. ad Rub. C. eod. (b) in pr. h. t. ubi Vult. n. 4. Cujac. in par. ff. eod. Hyp. de Marsil. in tract. de fidejuss. n. 2. (c) l. 12. C. h. t. Hyp. d. tract. n. 92. Ferret. ad l. 30. n. 2. ff. de V. O. (d) Connan. 6. com. 6. n. 4. facit supr. disp. præced. thes. 1. lit. i. k. (e) Wesenb. in par. ff. h. t. n. 3. (f) t. t. ff. & C. ad SCtum Vellejan. Fallit id tamen in multis casib. quos numero 19. enumerat. Petr. Frid. Mindan. lib. 2. de proces. cam. c. 61. §. 4. (g) l. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 31. C. locat. (h) l. 20. l. 3 ff. h. t. (i) d. l. 3. (k) l. 16. h. t. l. 178. ff. de R. I. (l) S. in omnibus h. t. d. l. 16. S. 3. Vasq. illustr. controvers. c. 40. n. 8. & seq. Bronch. 4. ass. 55. & 60. (m) §. fidejussor & præcedere. h. t. l. 6. ff. eod. (n) in pr. h. t. S. fin. infr. de replicat.

## Hinc quæritur. I.

*An de Iure Canon. fidejussor sine stipulatione obligari possit? Aff. cum Garz. in c. 1. n. 124. extr. de pact. facit supr. hujus lib. disp. 2. thes. 1. q. ult. DISS. Zas. ad l. 5. §. stipulatio autem n. 9. in fin. ff. de V. O.*

I I.

*An fidejussor ob fidejussionem pecuniam accipere possit? A. l. 6. §. fin. ff. mand. l. 19. §. 1. de*

§. 1. de donat. Padill. ad l. 2. n. 27. C. de rescind. Vend. DISS. Molinæ. de usur. n. 251.

III.

Si Titius & mulier pro aliquo fidejusserint, an Titius pro parte sua tantum teneatur? Non: sed subducta muliere, in solidum adversus eum actio datur, l. 48. ff. h. t. & ibi Cujac. lib. 10. quæst. Papin. & 10. obs 23.

IV.

Si uxor simul cum marito fidejusserit, an obligetur? De jure N. Nov. 134. c. 8. Anton. de Gamma decis. 131. n. 2. Dd. ad auth. si quæ mulier C. ad SC. Vellejan. per totam enim ferè Germaniam consuetudine contrarium introductum esse, testatur Pet. Frider. d. §. 4.

V.

Mulier accipiens aliquid ut se interponat, obligatur ex l. 23. C. ad Vellejan. Quantum autem accipere debeat, variant Dd. Arbitrio Iudicis id committunt Anton. de Gamma decis. 121. n. 2. in fin. Pacius ad d. l. 23. n. 5. in fin. Pet. Frid. d. loc. quos sequor.

VI.

An is qui admisit fidejussores minus idoneos, adeò eos probare videatur, ut eos dē postea

reijciendi, & alios petendi, præcisa sit potestas? Disting. cum Costal. ad l. 10. ff. qui satisdar. cog. Gomez. 2. resol. 13. n. 7. Hyppol. d. tr. n. 72. 79. & 81.

VII.

An fidejussores dotium, constante matrimonio, uxor à marito petere possit? N. l. 1. & 2. C. ne fidejuss. dot. Gœdd. de contrah & com. stipul. c. 6. n. 360. & Dd. ad l. 24. §. quoties ff. solut. matrim.

VIII.

Sed an ultrò à marito dati, conveniri possunt? A. cum Duar. ad t. ff. solut. matrim. c. 4, Connan. 8. com. 9. n. 8. DISS. Dd. com. ad d. l. 1. & 2. quos sequitur Fach. 8. controv. 76.

IX.

An obligationi ex delicto fidejussor accedere possit? Nisi veniat imponenda pœna corporis afflictiva, vel extinctiva. A. l. 13. ff. ad l. Aquil. l. 3. de custod. reor. Coler. de process. exec. p. 2. c. 3. n. 52. VVes. in par. de fidejuss. n. 4. DISS. Menoch. de arbit. jud. cas. 303. n. 17. & seqq.

## THESIS II.

Et quidem non tantum purè, sed & sub conditione, vel ad tempus, vel ex tempore dari

dari & accipi fidejussor potest, (a) quo casu exacto tempore, etiamsi principalis ulterius se obligaverit non tenetur. (b) Obligatur autem in id quod principalis initio promisit. Vnde fidejussor non potest accipi, ut sit obligatus ad Stichum aut decem, ubi principalis tantum Stichum promisit: tum quia in aliam obligationem potius acciperetur: tum quia in duriorem caussam, cum principalis naturali rei interitu liberetur, obligaretur. (c) Licet enim efficacius & arctius quam debitor principalis, puta si is simpliciter sit obligatus, fidejussor autem vel sub juramento aut hypotheca: (d) in plus tamen, aut duriorem causam obligari nequit, licet in minorem summam vel leviorem causam recte accipiatur. (e)

(a) *l. 8. §. 7. ff. h. t. ubi Wesenb. in par. n. 5. in fin.* (b) *l. si cum Hermes C. locat. Fidejussionis enim effectus non extenditur ultra verba ipsius expressa, arg. l. 27. C. h. t. Gail. 2. obs. 30. n. 12. Coler. de proceff. execut. p. 1. c. 10. num 280.* (c) *d. l. 8. §. 8. l. 34. l. 42. h. t.* (d) *Hyp. d. tract. n. 294. Padil. in l. si non transactionis n. 4. & 5. C. de jur. & fact. ign. Wesenb. in par. h. t. n. 5. Vult. 1. I P. 39.* (e) § *fidejussores h. t. d. l. 34. d. l. 8. §. 7. ff. eod. Etenim cum levius obligatur subest certè obligatio, cui accedat Wesenb. d. n. 5.*

## Hinc quæritur. I.

*An fidejussor qui in majorem summam se obligavit, quam debetur à reo principali, teneatur saltem usq; ad summam debitam? N. l.8.§.7. h.t. Connan.6. com.6. n.8. Fachin.8. controvers.c.51. DISS. Duar. ad l.1.§.4.ff. de V. O. Gomez.2.resol.13. n.2. & Dd.com.*

I I.

*Morâ Rei principalis, an augeatur fidejussoris obligatio? N. nisi in omnem se obligarit causam.l.8 ff.de eo quod cert. loco.ubi VVes.in par.n.7.Coler.d.part.1.c.10. n.309. Coras.2. Miscell.12. & seq.Donell.ad d.l.8. Vult. ad §. 5.h.t.n.5. & seqq.*

III.

*An ad carceres pro debitore principali fidejubendo astringere se quis possit? A. arg.l.3.§. 5.ff. de lib. homin. exhib. l.7.§.fin.ff.qui satisd. cog. Ioh.Fab. ad l.14.n.2. C. de Vsufr. Coler. d. p.1. c.6. n.52. & seqq. DISS. Gail.2.de pac.publ.c.2. n.21.*

IV.

*Hinc fidejussio inter nobiles Germaniæ usitata, qua nisi debitor principalis ad diem constitutum solvat, ad certum se venturos locum, neq; inde discessuros, donec solutio fiat*

fidejusso-

*fidejussores promittunt, (obstagium die Leistung vocant) jure defendi potest. Coler. d. p. 1. c. 8. Moll. 3. semest. 30. Köppen. decis. 3.*

*V.*

*Cum autem eo casu fidejussor alternative promittat, quod velit solvere, vel obstagium præstare, an electio sit creditoris vel debitoris? Illius esse. Affirm. cum Coler. d. c. 8. n. 28. 29. & seq.*

*VI.*

*Sed si creditrr semel elegerit viam obstagij, & requisiti fidejussores ingrediantur loca pro obstagijs ipsis deputata, an postea ei liceat mutare consilium & petere paratam executionẽ in ipsorũ bonis? A. arg. l. persecutione. C. de pignor. Coler. d. c. 8. n. 31. & seqq.*

*VII.*

*Si principalis debitor in diem debeat, an fidejussor pure pro eo obligari possit? A. Cujac. ad l. 4. ff. de constit. pec. lib. 29. Paul. ad edict. quem sequitur Vult. ad §. 5. in fine h. t.*

## THESIS III.

Atque ita obligatus fidejussor (ut & ejus heredes (*a*) licet eorum mentio facto non sit) æque ac principalis debitor, (*b*) ad id, quod tempore fidejussionis in obligatione erat, solvendum tenetur actione ex stipulatu, (*c*) qua

quemadmodum ex plurib. correis debendi, singuli in solidũ conveniri possunt: ita etiã si plures sint fidejussores, singuli in solidũ ipso jure conveniri possunt. (d) Divus tamen Hadrianus (e) hoc eis beneficium concessit, (vocatur beneficium epistolæ Divi Hadriani sive divisionis) ut à singulis non nisi rata pars, si omnes sint præsentes & solvendo, exigatur. Item olim & ipsi ante reum principalem pro arbitrio creditoris conveniri poterant: (f) quod tamen hodiè mutatum, datumque illis beneficium ordinis, sive excussionis, quo & debitore principali, & fidejussore præsente, hujus sublata est electio, & primo ille, si est solvendo, conveniendus atque excutiendus est. (g) Si tamen unus conventus solidum solvat, habet beneficium cedendarum actionum, (h) &, actionibus ei cessis & solutione facta, contra principalem ejusvè heredes, ejus quod solvit recuperandi causa habet mandati judicium. (i) Liberatur deniq; fidejussor debiti solutione, (k) novatione, (l) successione, (m) & aliis modis.

(a) *l. 4. in fin. h. t. l. 13. C. de contrah. stip. l. 1. C. ut act. ab hered. & contr. hered. Coler. d p. 1. c. 10. n. 26. & n. 272. & seqq.* (b) *§. fidejussor. h. t. l. 10. C. eod.* (c) *per d. supr. thes. 1. lit. c.* (d) *§. si plures h. t. l. 3. l. 23. C. eod* (e) *d. §. si plures l. 49. §. 1. l. 26. ff. eod. quod beneficium si non oppo-*

*fuerit*

*fuerit & solverit, solutum non repetet. d. l. 49. §. 1. Wes. ad d. 5. si plures.* (f) *l. 5. ubi Dd. C. h. t.* (g) *Auth. præsente ubi Sichard. n. 3. C. h. t.* (h) *l. 39. ff. h. t. l. 11. C. eod.* (i) *§ si quid autem ubi Dd. h. t.* (k) *l. 37. h. t. l. 43. 49. ff. de solut.* (l) *l. 4. C. h. t.* (m) *l. 21. l. 14. l. 5. ff. eod. ubi videatur Wes. in par.*

## Hinc quæritur. I.

*An exceptio excussionis sit dilatoria & sic ante litem contestatam opponenda? A. cum Sichard. ad Auth. præsente n. 8. & seq. C. h. t. Fachin. 8. controvers. 52. Vasq. illustr. controvers. c. 33. n. 7. vers. secunda DISS. Accurs. ad l. 3. ff. de except. Gail. 2. obs. 27. n. 3.*

## II.

*An circa excussionem bonorum habeatur solum ratio eorum, quæ extant in territorio aditi judicis, ubi fieri debet excussio, an vero etiam aliorũ alibi sitorum? hõc A. arg. l. 7. §. 1. ff. qui satisd. cog. Coler. d. c. 10. n. 343.*

## III.

*Obligatus ad obstagium, & requisitus pro satisfactione vel ingressu obstagij, an de prius excutiendo principali, excipere possit? N. Cum Coler. d. c. 10. n. 357*

## IV.

*Quid si fidejussor se ut principalem,* als einen selbst Schuldener, *obligaverit, an gaudebit*

*debit dicto beneficio? N. arg. l. 4. in pr. ff. de Vsur. l. 5. in fin. ff. de capt. Fach. 8. controv. 54. Coler. d. c. 10. n. 262. DISS. Vasquius d. c. 33. n. 9. Sichard. ad rub. C. h. t. n. 13.*

*V.*

*Secus in fidejussore indemnitatis, quem nostri* Schadloßbürgen *vel* Schadenbürgen *appellant. Gail. 2. obs. 27. n. 13. Coler. d. c. 10. n. 315. Ant. de Gamma decis. 379.*

*VI.*

*Si fidejussor diu in obligatione stetit, an contra debitorem ut liberetur jure agat? A. Ioh. Fab. ad l. 10. C. mandat. & ibid. Sich. n. 14. Donell. 13. com. 13.*

*VII.*

*An fidejussor legitimè datus, deportatione rei principalis liberetur? N. l. 1. & ibi Sichard. C. h. t. Costal. in l. 5. ff. qui satisd. cog. & in l. 24. §. ult. ff. solut. matrimon.*

*VIII.*

*An prorogatione termini, absq; novo ejus consensu facta, liberetur? N. l. 7. C. locat. Coler. d. c. 10. n. 298. & seqq. Fachin. 2. controv. c. 88. Tessaur. decis. 125. DISS. Mynsi. 6. obs. 53. Gail. 2. obs. 30. n. 11. vid. Franc. Marc. p. 1. decis. 539. per tot. ubi varias ex Dd. affert distinctiones. Sich. ad d. l. 7.*

The-

# THESIS IV.

Expeditis obligationibus ex contractu rerum verborumq; descendentibus: sequitur de obligatione literarum, quo quis chirographo suo seu literis, spe futuræ numerationis, fatetur & scribit, se ex hac vel illa causa cui chirographum dedit, ejusvè heredibus, debere. (a) Nascitur inde obligatio civilis, atq; conventus ex ea, si literas fateatur, & debitum neget, ad solvendū condemnatur, ut maximè nō debeat, nisi exceptionē nō numeratæ pecuniæ actioni huic civili opponat intra biennium, (b) à tempore chirographi emissi computandū. (c) Quo facto necesse habet creditor, præterquam quod chirographum habet, etiam probare, (d) pecuniam se numerasse. Locus est autem huic exceptioni sive debitor queratur, nihil omnino fuisse numeratum, (k) sivè partē tantum, id est, non integrè usq; ad eam quantitatem quæ scripta est (f) Sed & non solū petitioni creditoris potest opponi: verum etiam facultatem protestandi habet debitor, adeundo sc. judicem, petendo sibi cautionem reddi, aut eam cancellari. (g)

(a) *Id colligitur hinc inde ex tit. Inst. h. vid. Connan. 1. com. 6. n. 11. Donell. 14. com. 37. & 39. Vult. 1 IP 40.* (b) *in fin. d. l. l. 14. C. de non num. pec. Donell. d. loc.* (c) *d. l. 14. ubi Sichard. Quatenus heredi & in heredem detur vid. Rac. ad l. 8. eod.* (d) *l. 3. C.*

l. 3. C. d. t. ubi Pac. & ad rub. eod. n. 40. (e) l. 1. d. t. (f) l. 2. & ibi Sichard. n. 2. Pac. n. 3. C. d. t. l. cum ultra eod. t. (g) ita docet Sichard. post Paul. de Castro ad rub. eod. n. 5.

## Hinc quæritur I.

*An exceptio non numeratæ pecuniæ, statuto tolli possit? Negandum videtur. argum. eorum quæ tradit Colerus de process. execut. part 1. c. 10. n. 200.*

*II.*

*An ei debitor renunciare possit? N. cum Coler. d. c. 10. n. 199. & seqq. communem ait Sichard. ad l. 3. n. 10. C. d. t. DISS. Azo in summa ibidem n. 8.*

*III.*

*Quid si juramentum accesserit renunciationi? nec dum valet. l. fin. ubi Sichard. C. d. t. Fachin. 2. controv. c. 86. licet securius sit conscientijs juramento stare. Coler. d. c. 10. n. 215.*

*IV.*

*Instrumento publico an etiam opponi possit hæc exceptio? A. Novell 136. c. 5. Pac. ad rub. C. d. t. num. 17. vid. Sichard. ad l. 3. n. 10. C. eod.*

An

V.

An tantum in mutuo & dote hæc exceptio locum habeat, an verò etiam in alijs contractibus? Hoc A.l. 14.§. 1. & 2.C. d.t. ubi Duar. c. 1.V Vesen. in Isag. Inst. lib. 3. n. 22.

VI.

Si Titius hodiè Chirographo profiteatur, se ante annum à Sejo mutuo accepisse centum, an habeat hanc exceptionem? A. Fachin. d. lib. 2. c.63. DISS. Accurs. in l.14. in verb. aliæ res C. d. t.

VII.

An debitor elapso biennio, si probationem, pecuniam sibi non esse numeratam, in se recipere velit, sit audiendus? A. Cum Bart. in l. 5. C. de non num. pec. Gomez. 2. resol 6. n.7. Motz. de contract. Tit. de mutuo n. 9. Sichar. ad rub. C. d. t. n. 6. & 7. & ad l. 14. in pr. n. 4. & 5. eod. DISS. Donell. 14. com. 38. Pac. ad l. 8. num. 17. C. d. t. Fachin. 2. Controv. 81.

COROL. I.

Fidejussor jurans se omnia & singula in instrumento obligationis contenta, præstiturum, nec quidquã contra facturum, an nulla alia facta renun-

renunciatione, beneficio excusionis se tueri possit? *N. Moll. 1. Semest. 16.*

II.

Si studiosus fidejussor sit, & studiorum gratia, ab una Academia, ad aliã migrare velit, an is ad liberationem agere possit? *A. Gail. 2. obs. 29. n. 15.*

III.

An mulier beneficio Scti Vellejani renunciare possit? *N. Donel. 12. com. ult.*

*PARERG. I.*

Vtrinam cognitio, de homicidio in confinio duorum territoriorum facto, competat?

II.

An, si Vasallus decedens, plures relinquat filios vel heredes, omnes juramentum fidelitatis seu Vasallagij, præstare domino teneantur?

*Disputatio VI.*

*LIBRI III. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# EMPTIONE VENDITIONE,

LOCATIONE CONductione, & Emphyteusi.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis VVestph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia*

*Respondebit*

THEODORVS GLAZERVS

Dithmarsus.

*Loco horisq; solitis, ad diem*

*18. Novemb.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano Anno 1601.

# Thesis I.

REstat ultima species obligationum ex contractu descendentium, videlicet obligationes ex consensu. Inter quas primum locum obtinet, emptio venditio, contractus juris gentium, (a) bonæ fidei, (b) de re certo pretio habendâ. (c) Substantialia ejus tria sunt, consensus, res, & pretium. Consensus requiritur venditoris & emptoris, in rem & pretium, ita ut si circa alterutrum eorum dissensus sit aut error, emptio nulla sit. (d) Hinc qui consentire valent, naturâ & lege non prohibente, rectè emunt vendunt, (e) adeoq; invitus vêdere nemo cogitur. (f) A parte venditoris tantùm, requiritur res: sine re enim quæ veneat, nec emptio nec venditio potest intelligi. (g) Emi vendi autem potest res tàm corporalis, quàm incorporalis, puta actio vel hereditas, (h) præsens & futura, (i) tam propria quàm aliena, (k) nisi expresè prohibeatur. (l) A parte emptoris tantùm, pretium, sine quo æquè ac sine re emptio nulla est. (m) Idq; certum

tum esse debet,(n) & in pecuniâ numeratâ consistere. (o) Certum autem precium dicimus, cujus quantitas certa est, vel per seipsam, vel relatione ad aliud. (p) Quod si ejus definitio in arbitrium tertij conferatur, si is precium definire nolit, aut non possit, nihil actum intelligitur. (q)

(a) *l. 5. ff. de just. & jur. l. 1. §. fin. h. t.* For*cat. Necyom. Dial. 48. n. 2. & seqq.* (b) *§. actionum. & ibi Dd. infr. de act.* (c) *Vulte. 1. ℣P. 35. & ad pr. h. n. 7.* (d) *l. 9. & seq. ff. h. t. l. 2. C. eod. ubi Duar. c. 4. Donell. 13. com. 1.* (e) *Duar. d. t. c. 5. Vulte. ad d. pr. num 61. & seqq.* (f) *l. 11. l. pen. C. h. t. Idq; regulariter verum est: fallit enim in casu. l. 66. ff. de leg. 1. §. Sed & major asperitas. supr. de his qui sunt sui vel al. jur. & alijs relatis ab Accurs. in d. l. 11. vid. Covarr. 3. resol. 14.* (g) *l. 8. ff. h. t.* (h) *1. t. ff. & C. de hered. vel act. vend.* (i) *d. l. 8. §. 1. Vulte. d. c. 35.* (k) *l. 28. l. 35. §. 4. vers. unde h. t. Si modò contrahentes rem alienam esse ignorent, aut saltem emptor nesciat. l. 34. §. 3. l. 30. §. 1. eod. vid. Sichard. ad l. 1. n. 2. C. de reb. alien. non alienand.* (l) *quæ res emi vendi nequeant, vide Connan. 7. com. 7. Duar. h. c. 2. Vulte. d. c. 35. & ad pr. h. n. 32. & seqq.* (m) *l. 2. §. 1. ff. h. t.* (n) *§. precium autem h. t.* (o) *§. Item precium, eod. l. 1. §. 1. ff. eod.* (p) *l. 7. §. 1. l 37. eod.* (q) *d. §. precium autem. vide Donell. d. c. 1. Moller. 5. semest. 10.*

Hinc

## Hinc quæritur. I.

*An error in materiâ vitiet emptionem? A. l. 14. in fin. ff. h. t. Iac. Curt. 2. conj. 31. Gœdd. de contr. & com. stip. c. 3. n. 20. & seqq. Vulte. ad pr. h. t. n. 17. & seqq. Bronch. 1. Assert. 87. Connan. 7. com. 6. n. 5.*

II.

*Sed si error sit circa acceßiones, cui nocebit ambigua locutio, emptori, an venditori? Ei, in cujus potestate fuit legem apertius dicere. l. 39. ff. de pact. Forner. 2. select. 18. Pet. Fab. ad l. 172. de R. I. Gœdd. d. c. 3. n. 18. & seq. DISS. Cujac. 1. observ. 10. & 9. observ. 37. Balduin. in not. ad d. l. 39.*

III.

*An in hereditatis emptorem jus adcrescendi transeat? A. l. 2. in pr. §. 4. & 18. ff. de hered. vel act. vend. Duar. de jur. adcresc. lib. 2. c. 6. Robert. 3. animadv. 12. Hedeman. disp. 24. th. 23. DISS. Cujac. 12. obs. 13.*

IV.

*Num Vasallus proprie feudum sibi emere posßit? N. c. un. 2. feud. 48. ubi Schenck. Vulte. lib. 1. de feud. c. 8. n. 45. DISS. Sonsbec. de feud. p. 2. n. 7.*

V.

An emptio annuorum redituum valeat? A. l. 14. §. fin. C. de SS. Eccles. Covarr. 3. resol. 7. Gail. 2. obs. 7. & 8. DISS. Hotom. 2. obs. 15. vid. Fachin. 2. controv. 43.

VI.

Emens scienter rem alienã, an re evictâ possit agere ad restitutionem pretij? N. l. 27. & ibi Joan. Fab. C. de evict. Fachin. d. lib. 2. c. 39. Lin. ad §. fin. h. t. DISS. Cujac. ad d. l. 27.

VII.

Si plures res simul venduntur, an una earum vendi prohibita, tota corruat venditio? A. arg. l. 44. h. t. Connan. 7. comm. 6. num. 9. vid. Cujac. ad l. 58. h. t. lib. 10. Quæst. Pap.

VIII.

Vtrum res, quam meo nomine, alienâ pecuniâ comparavi, mea sit? A. l. 1. l. 8. & t. t. C. si quis alt. vel sibi. ubi Cujac. in parat. Concennat. 2. quæst. 16. Donell. 5. comm. 2. Ant. Fab. 5. conj. 9.

IX.

An fundus, ex pecuniâ dotali à marito comparatus, adquiratur uxori? N. l. 12. C. de jur. dot.

*jur. dot. Cujac. 5. obs. 29. & dd d. t. C. si quis sibi vel alt. & ibid. Sichard. Hartm. Pist. 1. q. 7. DISS. Donell. d. c. 2.*

## THESIS II.

Cum autem emptio venditio perfecta est, quod fit, simulatque de re & pretio conventum est, (quoties sine scripturâ res agitur) quamvis nec res tradita, nec pretium numeratum, nec arrhæ nomine quid datum fuerit, (a) ut commodum, ita & incommodum & periculum est emptoris: (b) nisi venditor in mora tradendi fuerit, vel ejus negligentia, dolus & culpa intervenerit. Et verò adminicula recipit hic contractus varia, vel ex conventione partium, videlicet pacta, ut sunt in diem addictio, (c) lex commissoria, (d) retrovenditio, e) vel insita ex naturâ contractus, ut Ædilitium edictum (f) & evictio. (g) Oriuntur ex hoc contractu actiones civiles, utrinque directæ, empti & venditi. illa emptori, hæc venditori datur. (h) Sicut autem nudo consensu contrahitur: ita contrario dissensu, dū res est integra, id est, si nondum res tradita aut pretium numeratum est, rescinditur. (i) Item jure retractus sive περιμήτως (k) & alijs modis, inter quos præcipuus est ex l. 2. C. de rescind. vend. cujus legis beneficio rescinditur contractus, si contrahentes ultra dimidiam justi precij fraudati

dati sint, quamvis emptori, vel redhibendæ rei, vel supplendi precij, optio concedatur.

(a) *in pr. h. t. l. 1. in fin. ff. eod. & sic differunt perficere contractum, & implere. Impletio fit traditione rei & precij: perfectio consensu Pac. ad l. 17. num. 27. C. de fid. instr.* (b) *§. cum autem h. t. l. 8. ff. de peric. & commod. rei vend. Connan. 7. com. 10. vid. infr. q. 1.* (c) *t. t. ff. de in diem addict. Connan. d. lib. 7. c. 9.* (d) *t. t. ff. de leg. commiss. Connan. d. c. 9.* (e) *l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. & ibi Dd. Corras. 3. miscell. 9.* (f) *t. t. ff. & C. de Ædil. edict. Don. 13. com. 3. & in tr. eo.* (g) *t. t. ff. & C. de evict.* (h) *Cujac. in parat. ff. de act. empt. Quid autem in utramq; veniat, explicatur passim, in d. t. ubi vid. Wes. in parat. Duar. ad tit. C. eod. Don. lib. d. c. 2. & seqq.* (i) *l. 58. ff. de pact. l. 2. & 3. ff. de rescind. vend. l. 1. & 2. C. quand. lic. ab empt. reced.* (k) *Quod licet Imperatori in l. 14. C. de empt. videatur injustum: posteriorum tamen Imp. constitutionibus, quarum meminit Harmenop. lib. 3. epit. t. 3. & constitutione Friderici Imper. restitutum est. Cui autem competat, & quæ sint ejus requisita. vid. Althus. 1. IP. 32. in fin. Vult. ad pr. h. t. n. 70.*

## Hinc quæritur. I.

*An periculum rei venditæ, ante traditionem ad emptorem pertineat? A. §. cum autem. h. t. l. 8. l. 11. ff. de peric. & com. l. 1. l. 4. l. pen. C. eod. Covarr. 1. resol. 15. num. 2.*

*Gomez.*

Gomez. 2. resol. 2. n. 32. & Dd. com. DISS. Cujac. tr. 8. ad Afric. ad l. 33. ff. locat. Vult. ad pr. h. t. n. 71.

II.

An etiam fructus rei venditæ ante pretium solutum ad emptorem pertineant? A. d §. cum autem l. 13. C. de act. empt. Petr. Frid. Mindan. lib. 3. de process. cam. c. 21. §. 13. Pac. ad l. 2. n. 11. C. de usur. DIS S. Cujac. in not. ad d. l. 13. Vult. ad §. 16. n. 102. inf. de act.

III.

An pacto, in diem addictionis purè facto, transferatur dominium absq; novâ traditione? A. l. 4. §. sed & Marcellus ff. de in diem addict. Duar. ad illum tit. pag. 1020.

IV.

Fundo vendito sub lege commissariâ, existente conditione, an vindicatio competat venditori? A. l. 4. C. de pact. int. empt. & vend. ubi Accurs. Sichard. ad rubr. eod. n. 4. & seq. Covarr. 3. resol. 8. n. 1. Schurpf. cent. 2. consil. 40. n. 1.

V.

Si ex pacto retrovenditionis res redimatur, ad quem fructus pendentes & maturi

pertineant? Pro ratâ parte anni inter redimentem & revendentem dividendos esse, A. cum Covarr. 1. resol. 15. n. 6. & seq. Fachin. 2. controv. 14. Hedeman. disp. 28. th. 46.

VI.

Vt emptori evictionis nomine adversus venditorem sit consultum, eundem denunciare litem motam oportet. Sed quid si venditor litis scientiam habeat, an adhuc denunciatio necessaria? A. cum Fachin. d. lib. 2. c. 34. in fin. Ant. de Gamma decis. 79. n. 1.

VII.

An is, cui jus retractus competit, teneatur verum rei precium solvere, an verò id quod extraneus obtulit? Hoc adfirm. arg. l. fin. C. de jur. emph. Vulte. ad pr. Inst. de empt. n. 70. DISS. allegati à Fas. & Zas. in l. qui Romæ. §. coheredes. ff. de V. O.

VIII.

An in emptore etiam locum habeat beneficium l. 2. C. de resc. vend.? A. cum Fachin. 2. controv. 16. & Dd. com. ad d. l. 2. DISS. Cujac. 16. Observ. 18. Ant. Fab. de err. pragm. Decad. 8. err. 7.

Plures

Plures quæstiones de d. l. 2. beneficio, vid. apud Fachin. d. lib. 2. c. 17. & aliquot seqq. Padill: Iacob. Gourræ. & alios ad d. l. 2.

## THESIS III.

Emptionem venditionem, sequitur locatio conductio, (secunda scilicet species obligationum ex consensu descendentium) contractus juris gentium, (a) bonæ fidei, (b) fruendi faciendive aliquid certâ mercede. (c) Ex quo locator unus est, alter conductor. Locator est, qui definitâ mercede, vel rem utendam alicui concedit, vel in operis præstandis se alicui offert: Conductor, qui vel rem utendam accipit vel in operis præstandis placitum obferentis suscipit. (d) Substantialia hujus contractus sunt tria: Res de cujus usu agatur, merces quæ pro usu præstetur, & consensus, de his rebus ita præstandis. (e) in quibus quid servandum explicatur per illam veterum regulam: Locationem conductionem, ijsdem ferè regulis juris, quibus emptio venditio, consistere (f) Et recipit conditionem, (g) & tempus, (h) quod si non sit expressum, in rusticis prædijs in annum facta præsumitur locatio, in urbanis tam diu, quoad alter alteri renunciaverit. (i) Oriuntur ex hoc contractu actiones civiles (k) utrimque directæ, (l) Locati & conducti. illa locatori, hæc conductori datur. (m) Finitur mutuo

mutuo dissensu, (n) venditione, (o) temporis & conditionis existentiâ (p) &c.

(a) *l. 1. h. t. l. 5. ff. de Iust. & jur.* (b) *§. actionum infr. de act.* (c) *Cujac. in parat. ff. h. Vult. 1. IP. 36.* (d) *arg. l. 38. 24. 22. ff. h. t. Bocer. ad l. 23. c. 4. n. 9. ff. de R. I. Robert. 1. animadv. 10. DISS. Cujac. in parat. h. ibid. Wes. n. 2.* (e) *in pr. Inst. h. t. ubi Vult. n. 7.* (f) *d. pr. & l. 2. ff. eod. vid. Donell. 13. com. 6. Connan. 7. com. 11.* (g) *l. 20. h. l. 10. C. eod.* (h) *l. 24. §. fin. l. 60. h. d. l. 10.* (i) *l. 13. §. 11. & l. seq. ubi Pet. Costall. h. l. 16. C. eod. Gomez. 2. resol. 3. n. 15.* (k) *l. 1. §. 1. ff. de superfic.* (l) *Cujac. in parat. h. Oldendorp. class. 4. act. 9.* (m) *Cujac. d. loc. Quid autem in utramq; actionem veniat, vide Donell. d. lib. 13. cap. 7. & seqq. Wesenb. in parat. h. n. 14. & seqq.* (n) *arg. l. 35. ff. de R. I.* (o) *l. 9. ubi Dd. C. h. t. l. 25. §. 1. l. 32. ff. eod.* (p) *l. 11. l. 32. C. eod. vid. Connan. d. c. 11. n. 19.*

## Hinc quæritur. I.

*An precium, quod hic contractus requirit, possit etiam in aliâ quantitate quàm pecuniâ numeratâ consistere? A. l. 21. C. locat. Vasq. illust. quæst. c. 83. Bronch. 1. adsert. 94. Corras. 2. miscell. 11. DISS. Padill. ad l. naturalis §. at cum do n. 1. ff. de præscript. verb. Fachin. 1. controvers. 82.*

## II.

*An liber homo in perpetuum operam suam,*

alteri

*alteri locare possit? N. Sichard. ad Rub. C. h. t. n. 6. & seqq. DISS. Azo in summa ibid.*

*III.*

*An AEdilitium edictum ad locationes pertineat? N. Donell. de ædil. edict. c. 4. DISS. Cujac. 12. obs. 38.*

*IV.*

*An conductor de levissima culpa teneatur? N. l. 5. §. 2. ff. commod. l. 23. ubi Pet. Fab. n. 100. & seqq. de R. I. Vulte. 1. discept. 15. DISS. Donell. 13. com. 8. in pr.*

*V.*

*An kauff gehe vor haur oder miehte? A. l. 9. & ibi Sichard. C. h. t. Pet. Frider. Mindan. lib. 3. de proces. cam. cap. 14. §. 6. circ. fin. vid. Fachin. 1. controvers. 88.*

*VI.*

*An beneficium. l. 2. C. de rescind. vend. in hoc contractu locum habeat? Communis Dd. sententia, quam refert & sequitur. Fachin. 2. controv. 22. est quod sic: à qua non improbabiliter disputando recessit. Ant. Fab. de error. pragmat. Decad. 8. err. 8.*

## THESIS IV.

Cum prædictis contractibus, affinitatem aliquam habet Emphyteusis, (a) contractus sc. ex

sc. ex consensu, quo dominus fundi (b) usum & fructum pleniſſimum, & quasi dominium alteri concedit, ea lege, ut inserendo, plantando, arando, colendo, meliorem & fructuosiorem eum faciat, & pro illo in recognitionem dominij proprietatis, pendat annuum censum, (c) quem peculiari nomine Canonem appellamus. Estq; alia civilis Emphyteusis, quando universitas secularis, vel privatus aliquis, rem suam immobilem in Emphyteusin concedit, (d) alia Ecclesiastica, quando res Ecclesiæ, aliorumque collegiorum & domuum venerabilium, ab Oeconomo, causa cognita, etiam Laico conceduntur. (e) Et pacta, si huic contractui fuerint adjecta, sunt servanda: Si non adjecta, totale quidem damnum ad ipsum rei dominum, particulare verò ad Emphyteuticarium pertinet. (f) Canone autem non soluto, intra biennium, Ecclesiastica, (g) & intra triennium civilis Emphyteusis, etiamsi interpellatio nulla facta sit, (h) amittitur.

(a) *De Etymologia hujus vocabuli, vid. varias Dd. sententias, apud Alvar. Valasc. h. tr. c. 2.* (b) *In re enim immobili, & propriè quidem in agro seu fundo, consistit emphyteusis. Donell. 9. com. 13.* (c) *Vultè. ad §. adeo autem. n. 3. Inst. de locat. vid. Cujac. ad tit. C. h. Donell. d. c. 13. Valasc. d. tr. c. 1.* (d) *l. 1. & 1. t. C. de jur. Emphyteut.* (e) *Nov. 7. & 120. Vultei. 1. Jp. 36. in fin. Schneid. ad d. §. adeo n. 8.*

n. 8. (f) d. §. adeo. & d. l. 1. Sichard. ad Rub. C. eo. n. 20. Donell. d. lib. 9. c. 14. (g) Nov 7. c. 3. Clar. q. 8. n 1. (h) l. 2. C. h. t. De alys modis amittendi Emphyteusin, vid. Donell. d. lib. 9. c. 15. & totus hujus contractus natura Connan. 7. com. 12.

## Hinc quæritur. I.

*An contractus Emphyteuticus sit juris gentium? N. d. §. adeò & d. l. 1. Cujac. in tit. C. eod. Vulte. ad d. §. n. 6. DISS. Hakelman. ill. quæst. disp. 1. th. 5. lit. g.*

I I.

*An ad perfectionem ejus requiratur scriptura? N. d. §. adeò & l. finali C. h. Forcat. in Necyom. Dial. 9. n 9. Valasc. d. tract. q. 7. DISS. Treutl. 1. disp. 29. th. 9. lit. d.*

I I I.

*Emphyteuta cessante in solutione Canonis, & domino declaratione suæ voluntatis, se velle eum suo jure cecidisse, differente, an fructus interim percepti ad Emphyteutam pertineant? A. Fachin. 1. controv. 94. Tileman. 1. disp. 15. th. 27.*

I V.

*An sicut Emphyteuta Ecclesiæ, ita & privati, celeri satisfactione moram suam purgare possit? N. Fachin. d. lib. 1. cap. 98. DISS. Robert. 2. sen.*

2. *sentent. 18. vid. Sich. ad l. 2. n. 20. & seq. C. h. t.*

V.

*Emphyteuta igitur justo tempore canonem non solvens, an ipso jure, an vero lata demum sententia, caducitatem incurrit? Prius A. d. l. 2. & ibi Sichard. n. 18. & seq. Fachin. d. lib. 1. c. 93. ubi refert* DISSENT.

VI.

*Emphyteusi finita absq; culpa Emphyteutæ, an meliorationes repeti possint? N. Fachin. d. lib. 1. c. 92.* DISS. *Valasc. d. tr. q. 25. n. 6. Pet. Duennas reg. 237.*

## COROLL. I.

An, sicut ob sterilitatem, bellum, aliamvè calamitatem fatalem, conductori pensio remittitur: ita etiam ob ubertatem immodicam augeri debeat? N. *Pinell. ad l. 2. p. 1. c. 3. n. 34. C. de rescind. vend.*

II.

Si ædes tetris imaginibus, spectris & alijs illusionibus inquietentur, an conductor habitationi liberè renunciare possit? A. *Covarr. 4. resol. 6.*

*Disputatio VII.*

*LIBRI III. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# SOCIETATE ET MANDATO.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis VVestph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia Respondebit*

IOACHIMVS CLVTENIVS

Parchimensis Megapol.

*Loco horisq; solitis, ad diem 25. Novemb.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano Anno 1601.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0667

DFG



Ad litt. xba honeste initus, et litt. L. Sup
flua non sunt in definitione. Superfluam
a. sunt postrema xba

litt. f Consensu conficitur societas, communio re
rum non est consensus. E. re non contrahitur societas

# Thesis I.

TErtia species contractuum ex consensu descendentium, est Societas, contractus juris gentium, (a) bonæ fidei, (b) honestè initus de fortunis & operis, ad uberiorem quæstum, usumq; commodiorem, inter se communicandis. (c) Estq; vel universalis, id est, omnium bonorum, (d) quæ semper contrahi intelligitur, nisi de particularibus negotijs actum sit, (e) vel particularis alicujus negotiationis, vel rei. (f) Cū autem de hac communione inter aliquos convenit, tum societas consensu perfecta est, nec expectamus, ut quidquam rerum conferatur aut operæ, quo ex re secuta nascatur obligatio. (g) Eamq; contrahimus legitimè cum omnibus qui non prohibentur, sive sui juris sint, sive in aliena potestate, ut filiusfam., (h) servi, (i) non etiam rejecto sexu muliebri, (k) ætate pupillari, dummodo tutoris accedat auctoritas. (l) Et quidem de rebus & operis honestis: Generaliter enim verum est, rerum inhonestarum nul-

lam esse societatem. (m) Vnde, nec quæ delictõ, ut furto, latrocinijs, injurijs &c. parta, vel ob pœnam amissa præstitaq́; , inter socios jure non communicantur. (n)

(a) *§. Ius autem gentium supr. de Iur. N. G. & C. Connan. 7. Com. 13. n. 1.* (b) *§. actionum Infr. de action. l. 52 §. 1. l. 38. in pr. ff. h. t.* (c) *Mudæ ad Rubr. eo. in pr. Vulte. ad pr. Inst. eo. n. 1. Vid. Donell. 13. Com. 15.* (d) *l. 1. in fin. cum l. seq. h. t.* (e) *l. 7. cum seq. ubi Mudæ. eo. Wesenb in parat. n. 4. Gomez. 2. Resol. 5. n. 4.* (f) *in pr. h. t. l. 5 ff. eo. Faciunt Dd. communiter Societatem aliam conventionalem, sive voluntariam, aliam incidentem. De qua divisione, Vid. Donel. d. c. 15. Duar. ad t. C. h. cap. 1. in pr. Mudæ ad Rubr. ff. eo. n. 5.* (g) *supr. tit. de Obligat. ex consensu Donell. d. loc.* (h) *l. 58. §. 2. l. 6. §. §. 11. h. t. Connan. d. c. 13. n. 14. in fin.* (i) *d. l. 58. §. 3. Mudæ. d. loc. n. 3.* (k) *l. 16. §. fin. ff. de aliment. legat. Mudæ. d. n. 3.* (l) *l. 33. in fin. h. t. Mudæ. ad l. 52. §. 6. (In quibusdam exemplaribus est initium l. 53) n. 4. eo.* (m) *l. 75. eo. Connan. d. c. 13. n. 8.* (n) *l. 53. cum seqq. eo. ubi Mudæ.*

## Hinc quæritur I.

*An in societatem universorum bonorum, in qua omnes res, quæ tempore contractus erant acquisitæ, statim communicantur, etiam absq; traditione veniant eodem modo*

bona

bona postea ab altero sociorum acquisita? N. Actione tamen pro socio acquirens ea communicare tenetur. l. 74. h. t. Costal. ad. l. 68. ej. Covarr. 3. resol. 19. n. 1.

II.

Et ideò si res societati nondum illata, sit surrepta, ei soli furti actionem, qui eam acquisivit, non alteri, licet socij sint omnium bonorum, dandam esse, dicendum est? arg. l. 52. §. 18. ff. d. furt. Costal. ad l. 16. ff. si cert. petat.

III.

An ex sola fratrum post mortem patris in bonis indivisis cohabitatione, societas arguatur? N. arg. l. 39. §. 3. ff. fam. ercis. Menoch. de arb. Iud. cas. 127. n. 15. nisi rationes expensarum non subducantur, & lucra communicentur. arg. l. 52. §. 6. h. t.

IV.

An ex conjugali societate inter uxorem & maritum, societas quædam in bonis acquirendis, contracta præsumatur? N. cum Covaarr. de Matrimon. p. 2. c. 7. §. 1. n. 5. DISS. gl. in c. cum societas 27. q. 2. & in

*c. 2. extr. de donat. Int. vir. & uxor. per illos textus.*

*V.*

*An etiam Christianus cum infideli, puta Judæo, societatem coire possit? A. Mudæ. ad Rub. ff. h. t. n. 4. ubi allegat Dec. consil. 51. Angel. ad l. 1. ff. ad l. Jul. Majest. DISS. Hierem. Setser. disp. Instit. 26. th. 5.*

## THESIS II.

Et quemadmodum aliæ conventiones omnes legitimè contractæ, secundum voluntatem contrahentium; ita maximè hæc ipsa, ex pactionibus circa damnum & lucrum interpositis, legem accipit. Proinde si convenerit, ut ad unum socium lucri tres, damni duæ partes (quæ extra conventionem sunt æquales, etiamsi ea quæ conferuntur sint inæqualia (*a*)) pertineant, rata erit conventio. (*b*) Et non tantum purè tractatu habito, (*c*) sive verbis, (*d*) sive scriptura, vel per nuncium & epistolam (*e*) sed etiam ex tempore, (*f*) vel sub conditione, (*g*) vel in perpetuum, id est, quo ad socij viuunt (*h*) (in æternum enim societatis coitio nulla (*i*) est) coiri potest. Nascitur ex hoc contractu actio ultro citroque directa, (*k*) ad id (*l*) quod in societatis judicium

venire

In societate requirit aequalitas, sed hic nulla
equalitas. Ex. R. Venim hoc, nisi quelegib.
renunciavit, et aliter inter eos conventum sit
alias absq conventione equalitas in societate
spectatur. Nam ius hoc dependet a conventio
ne partium. Iniquum n. esse non potest quod
convenientib. placet

venire solet, consequendum & præstandum. Daturq; aliquando durante, (m) ut plurimum autem finita societate. Finitur, morte, etiam socij unius, (n) & tam civili (o) quam naturali, interitu rei, (p) negotio finito, (q) si publicata aut à creditoribus distracta sint bona socij, (r) renunciatione tempestiva & non fraudulenter facta. (s)

(a) *l. 5. l. 29. h. t. ubi Wesenb. in parat. n. 6.* (b) *§ 1. Inst. eo. d. l. 29. ubi Mudæ. Connan. d. c. 13. n. 6. Donell. d. lib. 13. c. 16.* (c) *l. 32. in pr. h. t.* (d) *l. 4. eo.* (e) *d. l. 4. l. 71. eo.* (f) *l. 1. in pr. eo.* (g) *d. pr. Et hac de re olim dubitatum fuisse inter Veteres, refert Imp. in l. pen. C. eo. Quæ autem fuerit ratio dubitandi, quia variant Interpp. consule Mudæ ad d. pr. n. 2. & ibid. Cuiac. lib. 32. Paul. ad Edict. Vulte. ad pr. Inst. eo. n. 11.* (h) *d. l. 1. in pr.* (i) *l. 70. eo. Cuiac. d. loc.* (k) *Cuiac. in parat. ff. h. Ibid. Wesenb. n. ult. Vulte. ad § 16. n. 92. & seq. Infr. de action.* (l) *quid id sit. Vid. Wesenb. Vulte. d. loc. Donel d. lib. 13. c. 17.* (m) *ut in casu l. 65. § pen. h. t.* (n) *§. solvitur Inst. h. t. l. 65. in pr. ff. eo.* (o) *Capitis scilicet diminutione maxima & media d. l. 4. § 1. l. 63. §. fin. eo. Sichard. ad Rub. C. eo. n. 9. non etiam minima l. 58. §. 2. eo. Connan. d. loc. n. 14.* (p) *d. l. 63. §. fin. Connan. d. loc. n. 16.* (q) *d. §. solvitur* (r) *d. §. l. 65. §. 1. & 12. eo.* (s) *§. manet autem Inst. eo. l. 14. l. 16. ff. eo. Vid. de modis hisce omnibus Gomez. 2. Resol. 5. n. ult.*

## Hinc quæritur I.

*An quod unus ex socijs filiæ in dotem dedit, generali societati, si de eo inter socios non convenerit ante, imputari debeat? N. l. 81. ff. h. t. Pet. de Vbald. in tr. de duob. frat. part. 6. n. 10. Mudæ. ad l. si societatem §. Idem n. 2. in fin. h: t. DISS. Fachin. 8. controverſ. 4.*

II.

*An pactum tale, ut nullius partem damni alter ſociorum ſentiat, lucrum vero commune ſit, valeat? A. l. 29. §. 1. h. t. §. de illa. Inſt. eo. Gail. 2. Obſ. 24. Franc. Marc. p. 1. deciſ. 879. n. 9. Mudæ. ad d. l. 29. n. 3. & ſeqq. DISS. Covarr. 3. Reſol. 2. n. 3.*

III.

*An ſors, quam unus ſocietati intulit, communis ſit cum altero ſociorum, qui ſolam operam, & ſic finita ſocietate dividenda? N. cum Sichard. ad l. 1. n. 4. C. h. t. Fachin. 2. controverſ. 94. DISS. Covarr. d. c. 2. n. 2.*

IV.

*Et hinc pecuniæ illius caſu amiſſæ damnum commune non eſſe, etiam dicendum, cum Sichard. ad d. l. 1. n. 5. Fachin. d. lib. 2. c.*

Q. 1. opp: l. 73 ff. pro socio. Rx in d. l. ad
jectam ~~[illegible]~~ ideoq etiam valeat
opp: l. 38 §. ff. Sdmil: hircisciun: Rx Speci
ali hoc e
Q. 3. opp: §2 inst. h. t.

2. c. 95. DISS. Treutl. 1. disp. 27. th. 9. lit. a. Lin. ad d. §. de illa. Aliter. Cyn. referente Linio.

V.

Operam solum ponens socius, an suis impensis ad eam teneatur? N. sed communibus Ioan. Fab. ad d. l. 1. & ibi Sichard. n. 2. ubi ita communiter à Dd. tradi asserit. Franc. Marc. p. 1. decis. 890. n. 3. & 6.

VI

Si duo socij per institorem negocientur, an pro collatæ sortis quantitate, an vero in solidum teneantur? Hoc A. arg. l. 4. §. 1. ff. de exer. act. Cacheran decis. 150. n. 2. DISS. Gail. 2. Obs. 24. n. 9. & ibi alleg.

VII.

Socius non condemnatur socio, nisi in quantum facere potest. An autem id indistincte verum, sive agatur actione pro socio, sive etiam alijs actionibus? A. cum Vult. ad §. 32. n. 15. Infr. de actionibus DISS. Ibidem Balduin. n. 40.

VIII.

An socius socio teneatur de culpa levissima? N. l. 72. l. 52. ff. h. t. Sichard. ad Rub.

*Rub. C. eo. n. 10. Connan. d. c. 13. n. 10. Mandæ. ad d. l. 72. Vulte. 1. discept. 15. Niell. in in disp. feud. 3. in Coroll. lit. L.*

*IX.*

*An pactum, ut ad hæredes transeat societas, valeat? N. l. 35. l. 59. ff. h. t. Cuiac. 10. Obs. 25. Fran. Marc. p. 1. decis. 627. n. 2. & seqq. & p. 2. decis. 211. n. 3. & seq. Tessaur. decis. 242. n. 2. Bronch. 2. assert. 49. DISS. Thoming. decis. 13.*

## THESIS III.

Quarta & ultima species contractuum ex consensu descendentium, est Mandatum, contractus juris gentium, (*a*) bonæ fidei, (*b*) quo roganti fides datur procurandi aliquid sine certa mercede. (*c*) Et hinc mandatum debere gratuitum esse constat, (*d*) licet remunerationis gratia aliquid promitti aut dari mandario possit. (*e*) Mandare & mandatum suscipere possunt omnes, qui & contrahere. (*f*) De omnibus negotijs (de negotijs autem hîc tantum agimus extrajudicialibus) dummodo sint honesta futura, (*h*) & legibus consentanea: (*i*) Turpis enim rei nullum est mandatum, sicut & ejus quod est legibus contrarium, aut præteritum. Sed & negocium oportet esse alienum, quod

Q 9 & 2. l. Verum 63 § 8 ff. pro socio R. in de le. di-
cit de societate publica, nō privata fit n.
mentio vectigalium, q̄ sunt res publicæ, in
publica v. societate id nō valet.
l. 65 § morte ff pro socio

3ob. l. actione 65 § 1. ff eod. et § 10 ejusdē legis.
R. actio qdem transit ad heredes, si nimirū
~~4to~~ qd relictum sit ex societate, non

4to 65 § 9. R. ibi tantum agitur si inter plures
societas sit inita, ut inter eos q̄ superstites sunt,
mortuo uno, societas maneat, nisi aliter q̄-
ventum sit

quod mandatur: (k) Alienum est quod non solum madatarium contingit, (l) quale est negotium mandantis vel extranei, & rursus alterutrius vel utriusque simul, vel & utriusque illius & mandatarij: (m) si enim tua tantum (id est, mandatarij) gratia, tibi mandatum sit, mandatum nullum est, eoq; nec mandati obligatio: quia hujus generis mandatum consilium magis est, quam mandatum; (n) consilij autem non fraudulenti nulla est obligatio. (o)

(a) *l. 7. §. 1. ff. de pact. Wesenb. in Isagog. lib. 3. Inst. n. 38. in fin.* (b) *supr. t. de oblig. ex consens. in fin. l. 59. §. 1. l. 54 ff. h. t. Wesenb. d. loc.* (c) *Cuiac. in parat. ff h. t. Aliter definit post Azon, Sichard. ad Rub. C. eo n. 4. quam definitionem taxat Donell. 13. Com. 10. in pr.* (d) *§. fin. Inst. h. t. l. 1. §. fin ff. eo.* (e) *l. 6. in pr. & ibi Dd. ff. eo. Connan. 7. Com. 14. n. 5. Donell. d. c. 10.* (f) *Azo in summa C. h. n. 9.* (g) §. *Illud quoq; Inst. h. l. 6. §. 3. l. 22. §. 6. ff. eo.* (h) *l. 12. §. 14. ubi Accurs. ff. h. t. Wesen. in parat. Ibid. n. 5.* (i) *d. l. 22. §. 13. Azo d. loco. n. 5.* (k) *§. at tua tantum gratia. Inst. h. l. 2. §. fin. ff. eo.* (l) *Vulte 1. I. P. 38.* (m) *Quæ omnia per exempla latius declarantur in pr. & in §§. seqq. h. t. & in d. l. 2.* (n) *d. §. at tua d. l. 2. in fin. pr.* (o) §. *tua gratia h. t. l. consilij ff. de R. J. Connan. d. c. 14. n. 6. Donell. d. c. 10.*

## Hinc quæritur. I.

*Salarium seu honorarium renumerandi gratia*

gratia mandatario constitutum, an actione mandati peti possit? N. sed extra ordinem l. 7. ff. h. t. l. 1. C. eo. si certa quantitas fuerit constituta; incerti enim salarij persecutio nulla est. l. 56. §. pen. h. t. l. 17. C. eo. ubi Cujac. ad Rub. Duar. c 3.

II.

An deportatus & excommunicatus mandare possit? A. l. 15. in pr. ff. de Interdict. & releg. l. 22. §. 5. ff. h. t. ubi Bart. & Costal. Pac 4. q. 88. Duar. ad t. C. h. t, c. 2. circa fin. DISS. Treutl. 1. disp. 27. thes. 2. lit. a.

III.

An de re incerta mandatum valeat? Disting. cum Treutl. d. disp. th. 3. lit b. per l. 3. §. 1. ff. h. t.

IV.

An hæreditatis aditio mandari possit? N. l. 90. in pr. ubi rectè legitur, per PROCVRATOREM: ff. de acq. hæred. Cujac. 1. Obs. 34. Donel. 7. Com. 9. Sichard. ad l. 4. n. 3. C. de jur. delib. Diss. Duar. 2. disp. 27. quem sequitur Fachin. 6. controvers. 96.

V.

An mandatum valeat, si mandantis non interfit? N. l. 8. §. 6. ff. h. t. l. 6. §. 5. ff. eo. Balduin. ad pr. Inst. eo. & ibidem VVesen: n. 5. Cujac. 17. Obs. 29. Pac. 4. q. 82.

An

Q. 2. l. 2 ff de bonis damnatorum. R. q ante
deportationem bona habuit communia sunt,
~~non~~ et gviscanda, At no illa q post depor,
tationem acquirit deportatus
2do opp: l. 7. ff ti: eod. Salt:
Q. 4. Quidqd legib. no prohibetur id fieri pt At
legibus non prohibetur qd procurator no possit
adire hereditate. E. R

*An ex diuturnitate temporis mandatum colligi possit? Nisi aliis adminiculis ea sit suffulta N. arg. l. 44. §. 1. ff. de O. & A. contra Vasq. Illust. controvers. c. 62. n. 7.*

## THESIS IV.

Non solum autem præsens, sed & absens per epistolam, vel nuncium, rectè mandatum contrahit. (a) Neq; interest uni quis mandet, vel pluribus, (b) purè, vel in diem, vel sub conditione. (c) Itemque contrahatur mandatum, expressè, vel tacitè, quoties quis instituit quid, facitve nostro nomine in rem nostram, idq; nobis præsentibus & non contradicentibus. (d) Ac primo quidem voluntatis est suscipere mandatum, postquam autem susceptum est, necessitatis, atq; omnino est perficiendum, (e) eiusq; fines exactè sunt custodiendi, (f) nisi mandatum sit solutum. Solvitur morte & voluntate contrahentium. Morte naturali, tàm mandantis, (g) (utilitatis tamen causa mandatario actio competit (h) si mors ignoretur) quàm mandatarij, item civili, quæ capitis diminutione maxima aut media contingit: (i) voluntate contrahentium, revocatione ex parte mandantis, dum res adhuc est integra, (k) & reunnciatione ex parte mandatarij, ex causa, & tempestivè facta, ut integrum

jus

jus mandanti reservetur, vel per se, vel per alium, eandem rem commodè explicandi. (l) Actiones ex mandato nascuntur duæ, directa & contraria: illa datur mandatori adversus mandatarium, cum ejus interest, (m) hæc mandatario adversus mandantem, ad id quod ex causa mandati ei abest, recuperandum. (n)

(a) *l. 1. §. 1. l. 27. in pr. ff. h. t.* (b) *l. 60. §. 2. ff. eo* (c) *d. l. 1. §. 3. confer l. 3. & 4. ff. d. procurat. Vbi additur, procuratorem (intellige ad litem) etiam fieri posse, usq; ad diem certum, vel in perpetuum. Quod quare etiam hic (in procuratore ad negotia sc.) non dicatur. Vid. Cuiac. ad d. §. 3. lib. 32. Paul. ad Edict.* (d) *l. 6. §. 2. l. 18. ff. h. t. l. 6. C. eo. Donell. d. lib. 13. c. 10.* (e) *§. mandatum non suscipere h. t. l. 22. §. fin. l. 27. §. 2. ff. eo.* (f) *§. is qui exequitur h. t. l. 5. ff. eo. Cuiac. 12. Obs. 34. Connan. d. c. 14. n. 9. & 10. Donell. d. c. 10.* (g) *§. rectè h. t. l. 26. ff. eo. Cuiac. 2. Obs. 31. & 1. Obs. 38. & ad l. 3. C. h. t. & ad l. 58. ff. eo. lib. 4. Quæst. Paul. Excipe casus relat. à Pac. in l. 8. n. 6. C. de O. & A. Vid. Loriot. in tr. de morte. Axiom. 12. & seq.* (h) *d. §. rectè quoq; d. l. 26. l. 15. ff. eo.* (i) *Vulte. I. P. 38. in fin.* (k) *d. §. rectè l. 12. §. 16 ff. eo. Quando autem res hic dicatur integra. Vid. Schneid. & Lin. ad d. §. rectè* (l) *l. 22. §. fin. cum ll. seq. ff. h. t. Connan. d. c. 14. n. 11. Donell. d. lib. 10. c. 14.* (m) *l. 6. §. 5. l. 8. §. 6. ff. h. t. l. 22. § 1 ff. eo.* (n) *Vulte 2. I. P. 9. Vid. latius de harum actionum natura Donell. d. lib. 10. c. 13. Wesen. in parat. h. n. 10. & Dd. ad §. fin. Inst. h. t.*

Hinc

## Hinc quæritur I.

*Vtrum habens mandatum ad vendendum vel locandum rem alterius, censeatur etiam ad pretium accipiendum illud habere. A. l. quod seruus ff. de solut. Fachin. 2. controver. 93.* II.

*Mandato recepto, rectiusne est, id omnino non facere quod mandatum est, an nonnunquam etiam contra, si id speres ei qui mandavit, utilius fore? In publicis causis prius. A. licet in privatis aliud dici possit. Balduin. & Lin. ad §. is qui exequitur. h. t. ubi ad id allegant. Gell lib. 1. c. 13. add. Hierem. Setser. disp. Inst. 26. th. 9.* III.

*An igitur qui mandati fines excessit, possit in id quod utiliter gessit, negociorum gestorum agere? A. l. 2. l. 42. ff. de negot gest. Duar. ad t. C. h. cap. 1. Ioan. Fab. ad §. Is qui exequitur h. t. Cujac. 12. Obs. 34.* IV.

*Si mandatarius conditionẽ & statum suum mutet in deterius, durabitne mandatum? N. arg. c. si quem. de procur. in 6. VVes. p. 1. consil. 35. n. 20. Treutl. 1. disp. 27. th. 6. lit. d.*

V.

*An mandatarius teneatur de culpa levi? A. l. 13. l 21. C. h. t. ubi Duar. c. 2. Don. 13. com. 11. Pac. 4. q. 83. Vult. 1. discept. 15.* An

VI.

*An etiam de leviſſima? Aff. per alleg. text. in quæſt. præced. Don. Pac. Vult. d. loc. Pet. Fab. ad l. 23. n. 120. & 125. ff. de R. I. Hedeman. diſp. 9. th. 51. lit. e. DISS. Martinus Vetus gloſſator, cuius ſententiam tuetur Hakelm. Illuſt. quæſt. diſp. 9. th. 2. lit d.*

VII.

*Si mandatarius, qui actione mandati convenitur, ſolvendo non ſit, an hæc actio propter ejus inopiam tuanis reddatur? Eo caſu domino per in integrum reſtitutionem ſucurri æquius eſt. arg. l. 5. & 6. ff. dedol. Hartman. Piſt. 1. q. 36. n. 8. & 9. Hedeman. d. diſp. 9. th. 54.*

## PARERG. I.

An protectorem petere ſubditis liceat, ordinario magiſtratu ſatis potente ad defendendum exiſtente, & nullam vim illis inferente?

II,

Quid in eum pænæ irrogandum, qui in itinere publico, honeſtam mulierem per vim impudicius contrectat? III.

Quid in eum, qui ſe carcere effracto ſubtraxerit, licet innocens ex eo crimine, propter quod incarceratus, inveniatur?

*Disputatio VIII.*

*LIBRI III. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# OBLIGATIONIBVS QVASI EX CONTRACTV DESCENDENTIBUS, & modis obligationum dissolvendarum.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,
Osnaburgensis VVestph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia Respondebit*

IOCHIMVS ERICH
Gryphisvvaldens. Pom.

*Loco horisq; solitis, ad diem 2. Decemb.*

ROSTOCHI
Prælo Reusneriano Anno 1601

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0699
DFG

# Thesis I.

GEneribus contractuum expositis; sequitur dispiciamus de ijs obligationibus, quæ quidem non propriè nasci ex contractu intelliguntur: Sed tamen quia non ex maleficio substantiam capiunt, quasi ex contractu produci videntur. (*a*) Quasi contractus est, cum subest quidem causa, id est, vis pariendæ obligationis & actionis, sed utriusq; partis consensus abest. (*b*) Genera, sive causæ eius summæ tres sunt: Indebiti solutio, agnitio supremæ voluntatis testatoris, & rerum alienarum administratio. Indebiti solutione obligatur is, cui per errorem indebitum solutum est, ad eius restitutionem, actione, quæ dicitur condictio indebiti, (*c*) competens illi, qui errore facti solvit indebitum, adversus eum, qui accepit. (*d*) Indebitum est, quod omnino non debetur, vel non totum, (*e*) vel quod nullo jure, vel saltem non Iuregentium, aut jure civili, (*f*) vel sub conditione, aut incerta omnino die debetur, (*g*) vel quod pro-

pter exceptionem perpetuam peti nequit. (b) Agnitione voluntatis testatoris, obligatur hæres, extraneus adeundo, aut pro herede se gerendo, Suus se immiscendo, (i) ad legata vel fideicommissa, testamento relicta, præstanda, (k) actione pro legatis, in personam competentem, actio sc. legati, à JCto sic appellata. (l)

(a) *In pr. h. t.* (b) *Pac. ad Rubr. C. de O. & A. num. 60. aliter definit Donell. 15. comment. 14.* (c) *§. fin. ubi Dd. h. t. & t. t. ff. & C. de condict. indeb. Wesenb. in parat. ibid. DISS. Donell. 14. com. 16. ubi conditionem indebiti refert inter veros contractus. Aliter Wesenb. in §. 2. num. 1. supra quib. modis re contrah. oblig. eam refert ad contractus innominatos.* (d) *Vulte. 2. IP. 13. Pac. ad Rub. C. de condict. indeb. Sunt tamen certi casus in quibus indebitum non repetitur, quos vide apud Sichard. in l. 1. num 4. & seqq. C. d. t. Pac. ad Rubr. eo. n. 12. Althus. 1. IP. 46.* (e) *l. 65. §. fin. ff. de condict. indeb.* (f) *l. 47. l. 38. eo.* (g) *l. 16. cum duab. seqq. eo. ubi Wesenb. in parat. num. 4. Althus. d. c. 46.* (h) *l. 40. l. 26. §. 3. & 7. l. 24. ff. eo.* (i) *§. pen. §. sui. supra de hered. qualit.* (k) *§. heres quoq; & ibi Dd. Instit. de oblig. quæ ex quasi contract. Donell. 15. com. 14.* (l) *l. 35. in pr. ff. de vulg. & pup. subst. Vult. d. c. 13. num. 40. Et sic hæres obligatur quasi ex contractu tantum legatorum nomine, aliorum autem debitorum, ex verò contractu. Donell. d. c. 14. Vult. 1. IP. 42.*

Hinc

## Hinc quæritur. I.

*An qui per errorem juris indebitum solvit, repetitionem habeat? N. l. 6. & seq. C. de cond. indeb. Donell. 14. com. 17. Pac. ad d. l. 6. n. 4. & 4. q. 5. Vult. ad §. 16. n. 55. infra de act. DISS. Accurs. ad l. 1. & ibidem Sichard. n. 2. C. eo.*

*II.*

*An sicuti id quod in diem debetur, ante diem existentem solutum repeti non potest, ita nec id quod in diem incertum? N. l. 16. in fin. ff. de cond. indeb. l. 56. eo. Anton. Fab. 4. conj. 20. Robert. 1. sentent. 26.*

*III.*

*An qui indebitum solvit, ab eo qui suum accepit, repetat? A. l. 19. §. 1. & ibi Costal. ff. d. t. Zas. 2. Antinom. 14. Cujac. 8. obs. 9. in pr. & ad l. 5. C. d. t. Lopez. animadvers. jur. civil. c. 13. Vult ad d. §. 16. n. 57.*

*IV.*

*An obligatus ad antidora, id quod solvit, tanquam indebitum, repetere possit? A. per q. 4. th. 1. disp. 2. supra hoc libro.*

*V.*

*Alternativè obligatus, utrunq; solvens,*

*an is electionem habeat condicendi quid velit, an verostipulator restituendi quid velit? Solventis est electio l. penul. ubi Sichard. & latè Pac. C. d. t.*

*VI.*

*Quid autem si non solvat utrumq;, sed unum solvat, per errorem tamen nesciens sibi competere electionem, quã nisi ignorasset alteram rem solvere maluisset, an potest repetere quod dedit, & alterum solvere? A. l. 32. §. fin. ff. eo. Pac. d. loc. n. 12. & 4. q. 6. Robert. 1. sent. 9.*

*VII.*

*An filius eo ipso, quod fratri confert bona, censeatur Patris hæreditati se immiscuisse, ut teneatur legatarijs? A. Menoch. de arb. jud. cas. 88. n. 1. & seqq. DISS. Zas. Costal. & Dd. commu. ad l. 13. ff. de condict. caus. dat. per illum text.*

## THESIS II.

Rerum alienarum administratio, aut voluntaria est, aut necessaria, aut mixta. (a) Voluntaria est, cum quis alterius ignorantis vel absentis negotia, nulla necessitate publici muneris, aut rei suæ familiaris coactus, gerenda suscipit. Ex quo est ea obligatio & actio, quæ dicitur

dicitur negotiorum gestorum, (b) directa sc. & contraria. illa datur domino rei gestæ, adversus gestorem, ut actus sui rationem reddat, qua facta ad omne damnum, quod ex ipsius gestione actor senserit, & dolum culpamque præstandam tenetur, (c) hæc datur gestori, adversus dominum negotij, ad repetendum id, quod de suo impendit in negotiorum gestionem, & quicquid ipsi eo nomine abest, aut abfuturum est. (d) Necessaria est, quæ muneris publici necessitate alicui imponitur, cuius generis in tutoribus est tutelæ administratio. Vnde actiones tutelæ inter pupillum & tutorem, illi directa datur, adversus tutorem finita tutela, ad reddendam administrationis suæ rationem, huic contraria, adversus pupillum eius rei nomine, quod ipsi tutori, ratione tutelæ gestæ abest. (e) Mixta rerum alienarum administratio est in ijs, inter quos est eiusdem rei absque societatis contrahendæ animo, (f) communio, rerum sc. hæreditariarũ, unde actio familiæ erciscundæ, inter coheredes, de rebus hereditarijs dividendis, competens, (g) vel quarumvis aliarum rerum singularum, unde actio communi dividundo, ut res communis dividatur, vel quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet, vel utrumque præstetur. (h)

(a) *Donell. 15. com. 15.* (b) §. 1. *Inst. de*

 *oblig.*

*oblig. quæ quasi ex contract. & t. t. ff. & C. de negot. gest. & ibi Dd.* (c) *d. §. 1. l. 2. l. 6. §. videamus. ff. de negot. gest. l. 20. C. eo.* (d) *d. §. 1. & d. l. 2. ubi Wesenb. in paratit. n. 10. & seq. Vult. 2. IP. 13. Althus. 1. IP. 45.* (e) *§. tutores quoq; Inst. d. t. & t. t. ff. de contrar. & util. tut. act. Donell. d. lib. 15. c. 18. & seqq.* (f) *§. item si inter Inst. d. t. Animus enim is si adsit oritur obligatio, non quasi, sed ex vero contractu. l. 2. ff. com. divid. Dd. ad d. §. item si inter.* (g) *§. idem juris Inst. d. t. & t. t. ff. & C. fam. ercisc.* (h) *d. §. item si inter & t. t. ff. & C. com. divid. & ibi Dd. Donell. d. lib. 15. c. 23. Vulte. Althus. d. loc.*

## Hinc quæritur. I.

*Si is qui præsens est, ignoret negotia sua geri, an ei detur adversus gestorem negotiorum gestorum actio? A. Vult. 1. IP. 42. n. 10. & ad § 1. Inst. de oblig. quæ quasi ex contract. post Fab. & Ang. ibidem.*

*II.*

*An correo, qui totum solvit, adversus correum competat negotiorum gestorum actio? N. argumento l. 60. §. 1. ff. mand. Anton. Fab. 11. conj. 7. per tot. DISS. Accurs. ad l. 1. C. de duob. reis.*

*III.*

*An negotiorum gestor de levissima culpa tenea-*

teneatur? A. §. 1. Inst. de oblig. quasi ex contr. l. mater C. de usur. Cujac. ad l. 4. C. mandat. Donell. 15. com. 15. Vult. 1. discep. 15. DISS. Dd. comm. ad d. §. 1.

IV.

An ei, qui pro tutore res pupilli administravit, cum tutor non esset, detur actio negotiorum gestorum? N. sed actio pro tutelæ. l. 1. §. 3. ff. de contrar. & util. tut. act. Accurs. ad l. 3. §. penult. in verb. vel necessitatis suspicione. ff. de neg. gestis. sequitur Treutler. 1. disp. 10. th. 3. lit. a.

V.

An testatori divisionem hæreditatis in perpetuum prohibenti mos gerendus sit? N. argumento l. 55. ff. de leg. 1. l. 14. §. 2. ubi Costal. ff. com. divid. Schneid. ad §. quædam n. 21. infr. de act.

VI.

An post longissimum communionis tempus, hereditatis divisio peti possit? A. arg. l. fin. C. comm. divid. l. 70. ff. pro Soc. Fachin. 6. controvers. 36. DISS. Accurs. ad l. 1. §. nemo C. de annal. except. per illum text.

# THESIS III.

Vt obligandi porro debitoris certi modi sunt jure constituti, de quibus hac & disputationibus aliquot præcedentibus: ita & liberandi. Liberatio contingit solutione in genere considerata, quæ est quivis actus, quo debitor liberatur ab obligatione, qua devinctus est creditori. (a) Estque vel naturalis, vel civilis tantum. Illius modi duo sunt, solutio in specie sic dicta, & consensus contrarius. Solutio specialis est eius, quod debetur, ut debetur, realis præstatio. (b) Eodem igitur omnino modo solvatur necesse est, quo debetur, (c) sive à debitore ipso, sive eius nomine ab alio, sive sciente debitore, sive ignorante, vel invito, (d) solutio fiat, (e) ipsi creditori, vel alij mandato, aut voluntate creditoris. (f) Contrario consensu eæ obligationes solæ, quæ solo consensu contractæ sunt, dissolvuntur, (g) re adhuc integra, cum à neutra parte adhuc quicquam præstitum est, aut certe si quid præstitũ sit, omnia prius in integrum restituantur, per actum priori similem, utputa si in emptione pretium solutum sit, illud restituatur, si res tradita sit, retradatur. (h)

(a) *l. 54. ff. de solut. ubi Cujac. lib. 59. Paul. ad edict. Vult. in pr. inst. quib. mod. tolli oblig. num. 4.*

& l. IP. 53. (b) *Vult. d. pr. num. 8. quam definitionem verbotenus explicat Doncll. 16. com. 9.* (c) *Inde est, quod invito creditori alio loco, quam quo conventum est, non recte solvitur. l. 1. & l. 1. ff. de eo quod certo loco. Wesenb. in parat. ff. de solut. num. 5. Don. d. c. 16.* (d) *in pr. inst. d. t. ubi Dd. l. 53. ff. de solut. Pet. Fab. ad l. 69. ff. de reg. jur.* (e) *d. pr. l. 53. l. 40. l. 39. l. 23. ff. d. t. qui tamen eo prohibente solvit, non habet negotiorum gestorum actionem. l. fin. C. de neg. gest.* (f) *l. 49. ff. de solut. l. 4. C. eo. Coler. de process. execut. p. 2. c. 2. num. 66. & 69.* (g) *§. fin. Instit. d. t. l. nihil tam naturale ff. de R. I. Donell. d. lib. 16. c. 16. & seqq.* (h) *d. §. fin. l. 58. ff. de pact. l. 1. & 2. C. quando lic. ab empt. reced. ubi Sich. n. 3. & seqq.*

## Hinc quæritur. I.

*An debitor solutionem differre possit, eò quod excommunicatus sit creditor? N. cum Covarr. in relect. c. peccatum. p. 1. num. 10. extra de R. I. in 6. DISS. Abbas Panorm. in c inter alia extr. de sent. excom. pag. (mihi) 136. col. 2. in fine.*

### II.

*An particularem solutionem invitus creditor admittere cogatur? N. l. 3. l. 25. §. 13. ff. famil. erciſc. Donell. 16. com. 11.*

*Petr.*

Petr. Frid. Mindan. lib. 3. de proces. cam. c. 13. §. 5. & seqq. ubi aliquot ponit exceptiones Gœdd. ad l. 32. n. 8. & seqq. ff. de verb. sign. Loriot. ad l. 21. ff. de rebus cred.

III.

Virum aliud pro alio invito creditori solvi possit? N. l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. ubi Donell. Loriot. l. 16. C. de solut. ubi Sich. n. 1. Bronch. 4. ass. 65.

IV.

An quod in diem debetur, ante diei adventum, creditori solvi possit? Regular. A. l. 137. §. 2. l. 38. § inter ff. de V. O. l. 102. l. 70. ff. de solut. Ant. Fab. 1. conj. 1. Donell. ad l. 41. §. 1. num. 47. & seqq. de V. O. DISS. Cujac. 23. obs. 22. Ferret. ad d. §. inter.

V.

An procuratori solvi possit? Generali, vel ad hoc speciale mandatum habenti, posse. A. l. 12. ff. de solut. & ibi VVesenb. in parat. n. 4. Vulte. 1. IP. 53. Coler. de process. exec. p. 2. c. 2. n. 37.

VI.

An reo criminis? A. l. 41. d. t. ubi Cujac. lib. 1. Papin. de adult. l. 46. § 6 & ibid. Cujac.

*Cujac. de jure fisc. excepto casu. l. fin. C. de requir. reis & l. fin. C. ad l. Iul. Majest.*

*VII.*

*Si debitor ex pluribus causis diversas summas debeat, & unum debitum solvat, debitoris & creditoris demonstratione cessante, in quam causam solutum videtur? In graviorem. l. 1. ff. de solut. l. 1. C. eo. & ibi Sichard. Donell. & 16. com. 12.*

## THESIS IV.

Solutio civilis, fit vel ipso jure, vel ope exceptionis. (*a*) Ipso jure multis modis, (*b*) de quibus duos potissimos Imp. in institutionibus proposuit, acceptilationem & novationem. Acceptilatio est verborum conceptio, qua creditor debitori acceptū fert. (*c*) Id si fiat in obligatione verbis contracta, proprie est acceptilatio. Aliæ enim obligationes, quæ vel re, vel literis, vel consensu contrahuntur, non possunt tolli acceptilatione, nisi prius novatione facta, in stipulationem Aquilianam transferantur. (*d*) Novatio, cuius species quædam est delegatio, est prioris debiti in aliam obligationem civilem vel naturalem transfusio, vel translatio. (*e*) Quæ licet olim

olim expressè vel tacitè fieri poterat: hodiè tamen, nisi expressè partes hoc dixerint, non censetur facta. (f) Atque tollitur per eam, non tantum principalis obligatio, sed etiam accessiones, pignora, fidejussores, usuræ (g) &c. Delegatio est mandatum, quo creditor jubet debitorem suum, id quod sibi debet, alij promittere, cui mandato cum paret, novatio sequitur & perficitur delegatio.

(a) *Quot modis fiat ope exceptionis. vid. Vult. 1. IP. 60. Althus. 1. IP. 70.* (b) *de quibus Vulte. d. lib. 1. c. 55. & seqq. Althus. d. lib. 1. c. 69.* (c) *Cujac. in parat. ff. de acceptil. Donell. 16. com. 21. Vulte. ad §. 1. Inst. quib. mod. toll. oblig. n. 4. Definitionem ICti in l. 1. ff. d. t. nimis esse angustam tradit. Cujac. 5. Obs. 36. Hotom. 3. Obs. 18.* (d) *d. §. 1. & ibi Dd. ratio eius est in l. nihil tam naturale ff. de R. I.* (e) *l. 1. ff. de novat. Donell. d. lib. 16. c. 20. Sichard. ad Rub. C. eo. Vulte. 1. IP. 56.* (f) *l. fin. & ibi Dd. C. d. t.* (g) *l. 8. l. 18. & ibi Cujac. lib. 57. Paul. ad edict. ff. eo. Gail. 2. Obs. 30. num. 6. 7. 10.* (h) *Cujac. ad t. C. de novat. Vulte. ad §. 3. num. 4. Inst. d. t. Quid autem differant delegatio & novatio. vid. Cujac. in parat. C. d. t. Sichard. ad Rub. eo.*

## Hinc quæritur. I.

*An per procuratorem sine mandato ad novandum, accepto ferri possit? N. l. 3. l. 13. §. 10. ff. de accept. l. 4. & ibi Sichard. C. de novat.*

novat. Cujac. 15. Obs. 16. DISS. Hotom. ill. quæst. 32.

II.

An inutilis acceptilatio utile pactum habeat? A. l. 8. in pr. ff. de acceptilat. Donell. ad t. C. eo. n. 4 Gædd. ad l. 177. n. 2 ff. de V. S.

III.

An pignora in novatione repetita, censeantur cũ privilegio prioritatis repetita? A. l. 1. ff. de distract. pign. l. 3. in pr. ff. qui pot. in pign. Cujac. 11. Obs. 32. Gail. 2. Obs. 30. n. 10.

IV.

An necesse sit ita expresse fieri hodie novationem, ut ne quidem ex verisimilibus conjecturis, ea inducatur? N. Fachin. 3. controv. 92. & ab eo alleg.

V.

An judex ex officio, debitorem invitum, ut se delegari patiatur, cogere possit? N. l. 6. C. de novat. & de leg. Sichard. ad l. 1. n. 4. & seqq. eo. ubi refert Cyn. DISS.

VI.

An ut novatio, ita & delegatio aliter non valeat, quam si id expresse dicatur? N. Dd. comm. ad l. fin. C. d. t. VVes. in parat. ff. eo. n. 8. DISS. Sich. ad. d. l. fin. n. 6.

PARERG.

# PARERG.

I.

An minor feuda paterna seu antiqua, non interveniente curatore, renovare possit?

II.

Infans repertus in loco, in quo uni superior, alteri inferior jurisdictio competit, si nesciatur à quo expositus sit, utri illorum curatio & educatio eius incumbat?

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0730
DFG

*Disputatio I.*

*LIBRI IV. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# OBLIGATIONIBVS EX DELICTO, ET QVASI ex delicto descendentibus.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis VVestph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia*

*Respondebit*

IOANNES REVDINGER

Perleberg. March.

*Loco horisq; solitis, ad diem*

*16. Decemb.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano Anno 1601

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0733

DFG

NOBILISSIMO, REVE-
rendo, virtute, pietate & auctori-
tate præstantissimo
Viro,

DN. REIMARO à Karsteden/
Hereditario in Kaltenhoff/ Cano-
nico Havelbergen-
si, &c.

NEC NON

PRVDENTIA, VIRTVTE ET
eruditione conspicuo Viro,

Dn. HENRICO WESSCHEN,
judicij in urbe Perleberga assesso-
ri principali, Notario
publico,

Dominis Patronis, in observantiæ
argumentum hoc γύμνασμα
legale

Offert

RESPONDENS.

# Thesis I.

TErtium genus earum causarum, ex quibus obligatio nascitur, in divisione summa (*a*) fuit Delictum, sive Maleficium, factum scilicet omne, quo nocetur, detrahiturque quid alteri. (*b*) Estque vel privatum vel publicum, quod speciali nomine crimen appellatur. Vt autem omne quod nostrum est, aut est in persona cujusque, aut in rebus externis: Sic maleficium sive factum omne quo detrahitur alteri, aut in personam, aut in res ejus infertur. Quod in res, ejus genera duo sunt, alieni subtractio & damnum. Alieni subtrahendi rationes itidem duæ, furtum & rapina. Furtum est contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisvè, quod lege naturali prohibitum est admittere. (*c*) Estque aliud conceptum, aliud oblatum: aliud diurnum, aliud nocturnum: aliud domesticum, aliud non domesticum: aliud manifestum, aliud non manifestum. (*d*) Non committitur autem

nisi voluntate & affectu doloso, qui non maneat in sola cogitatione furis, sed exerat se assumpto actu, id est, reali contrectatione rei. (e) Quare & opem ferre & consilium dare, tum nocet, cum secuta est contrectatio. (f) Actiones odio furum plures sunt introductæ: (g) Rei vindicatio, (h) & ejus præparatoria, actio ad exhibendum: (i) Condictio furtiva; (k) & actio pœnalis in duplum, pro furto nec manifesto, vel in quadruplum, pro furto manifesto. (l) Rapina est delictum, quo quis alicui invito, cujus interest, rem [intellige ut in furto (m) mobilem] per vim dolo malo rapit. (n) Datur hinc actio in quadruplum, ejus quod ereptum est (o) in quo cum contineatur res ipsa [secus ac in furto] actio mixta aliquando appellatur.

(a) § *sequens supr. de obligat.* (b) *Don. 15. com. 23.* (c) *in pr. Inst. de obligat. quæ ex delict. l. 1. § 3. ff. de furt. Quam definitionem verbotenus explicant Azo in summa C. de furt. Forcat. Necyom. Dial. 29. Cujac. ad d. l. 1. lib. 39. Pauli ad edict. Don. 15. comm. 29. Quod autem in verbis final. hujus definitionis dicitur, furtum etiam lege naturali prohibitum esse, infringere conatur Alciat. ad l. 42. de V. S. cui respondet ibi Gœdd. n. 8 Forcat. d. dial. 29. in fin.* (d) *de quorum omnium definit. vid Wes. in parat. ff. de furt. n. 8. Vultej l. 1 P. 40.* (e) *l. 225 ff. de V. S. l. 1 § 1. l 52. § 13. ff. de furt. Azo in summa C. eo. n. 3. Vulte ad § 1. n. 24. & seqq. Inst. de oblig. quæ ex delict.* (f) *d. l. 52 § 19. § inter-*

§. interdum quoq; ubi Wesen. Inst. d. t. (g) § plane odio infr. de act. (h) §. fin. Inst. de oblig. quæ ex delict. (i) arg. l. 6. ff. de rei vind. Donell. d. c. 29. (k) d. §. fin & t. t. ff. de condict. furt. (l) §. pœna Inst. d. t. de quib. omnib. vide latius Don. d. c. 29. Azon. d. loc. n. 32. & seqq. Vulte. 2. ℱP. 19. (m) §. abolita. supr. de usucap. (n) in pr. Inst. vi bon. rapt. ubi Vulte. n. 3. (o) §. quadruplum d. t. (p) § fin. Inst. de obl. quæ ex delict. Vultej. d. c. 19. Donell. d. lib. 15. c. 30.

## Hinc quæritur. I.

*An ex delictis naturalis nascatur obligatio? A. l. 24. ff. rer. amot l. 1. §. 3. ff. de furt. Gædd. ad l. 6. in pr. n. 7. & seqq. ff. de furt. DI SS. Covar. in c. alma mater §. 10. n. 10. & seqq. extr. de excomm.*

## II.

*Tabellarius, qui pecuniam sibi commissam in usus suos convertit, an furti teneatur? A. l. 22. §. 7. ff. mand. l. 7. & ibi Sich. C. de furt. Moll. 4. semestr. 2. DISS. Ias. in l. ejus qui §. quos verò n. 6. & seq. ff. si cert. petat.*

## III.

*An in alienis ædibus rem furtivam quærere liceat? Auctoritate magistratus licet. Schneid. VVesenb. Borcholt. ad §. conceptum Inst. de oblig. quæ ex del. Vult. ad §. 1 n. 11. co. & ab eo alleg.*

IV.

Consuetudo illa, qua fures, quorum furta quinq; solidos, id est, aureos, excedunt, in crucem aguntur, jure defendi possit? A. Covarr. 2. resol. 9. n. 7. Moll. 1. semest. 37. n. 5. & seqq. VVes. in parat. ff. de furt. n. 15.

V.

An is, qui in crucem agitur, nihilominus res furto subtractas, vel earum æstimationem restituere teneatur? A. l. 54. §. 3. l. 48. in pr. ff. de furt. Petræ. conclus. crim. 1. lit. e. Gomez. 3. resol. 5. n. 5. DISS. Treutl. 2. disp. 30. th. 3. lit. c.

VI.

Valeatne consuetudo, ut bona furto subtracta, & apud furem deprehensa, magistratus sibi retineat, nec vero domino restituat? N. arg. l. 20. §. 1 ff. de capt. Schneid. ad §. fin. n. 8. Inst. d. t. Petr. Frider. Mindan. lib. 2. de proceff. cam. c. 57. in pr.

VII.

An condictio furtiva contra furis heredes in solidum detur? A. l. 9. ff. de condict. furt. Sichard. ad rubr. C. eo. num. 3. Duar. ibid. c. 3. Ant. Fab. 4. conj. 1. Bronch. 2. aff. 39. Fachin. 9. contro. 5. DISS. Cujac. 13. obs. 37. Vacun. declar. 73. n. 4. Vulte. ad §. planè n. 10. & seq. infra de act.

An

*VIII.*

*An furti manifesti actione, etiam raptor conveniri possit? A. l. 80. §. 3. ff. de furt. Cujac. 6. obs. 2. & 8. obs. 24. Bronch. 4. ass. 74. DISS. Mynsing. ad pr. Inst. vi bon. rapt. n. 2.*

## THESIS II.

Damnum generali significatione nihil est aliud, quàm ademptio diminutioque patrimonij. (*a*) Daturque aliquando jure, (*b*) vel immittitur divinitus (*c*) & in delictum non cadit: aliquando contra jus, quod propriè delictum dicitur, & de quo hoc loco nobis sermo erit. Id in jure nostro damnum injuriæ, (*d*) damnum injuria datum, (*e*) concisè, damnum injuriâ, (*f*) ut subintelligatur datum, appellatur. Injuriam autem hîc nos accipere oportet, non ut in thesi sequenti, contumeliam quandam, sed omne quod non jure factum est, hoc est, damnum nobis nostrisque rebus datum, (*g*) sive dolo, culpa lata, levi & leviſſima. (*h*) Vindicatur id L. Aquiliâ, quæ in duo (*i*) capita, ut quorum usus nobis est, diducitur. Primo capite illud damnum venit, quod quisque ob servum, quadrupedemvè, quæ pecudum numero est, occisum, occisamvè per injuriam patitur: nam quanti ea res eo anno retrorsum plurimi fuerit, tantum domino hac lege dare condemnatur. (*k*) Altero capite, de omni cœtero da-

mno rebus noſtris, ſive animatis, ſive inanimatis, dato cavetur. Quapropter quiſq; alteri urendo, frangendo, depaſcendo, ſecando, rumpendo, &c. damnum fecerit, quanti ea res 30. diebus proximis retro fuerit, tantum domino date damnatur. (l) Eſtque actio legis Aquiliæ duplex, directa & utilis, (m) & adverſus confitentem in ſimplum, inficiantem in duplum datur. (n)

(a) *l. 3. ff. de damno infect. Donell. 15. com. 25.* (b) *ut in §. injuria. Inſt. de L. Aquil.* (c) *l. 52. ff. pro ſoc. Vulte. 1. IP. 49.* (d) *in pr. Inſt. d. t. l. 31. ff. de furt.* (e) *ſ. in cæteris Inſt. d. t.* (f) *l. 1. in pr. ff. ad l. Aquil.* (g) *l. 5. §. 1. eo.* (h) *d. §. 1. & ſeq. l. 44. in pr. eo. Azo in ſum. C. eo. n. 10. Imperitia etiam culpæ annumeratur ſ. præterea Inſt. eo.* (i) *Tria olim ejus fuiſſe capita, ex quibus ſecundum in uſu eſſe deſierit, ipſi JCti teſtantur. Quodnam autem fuerit illud ſecundum caput laborant Dd. Vid. de eo Chiflet. ſub fin. tract. de jure fideicom.* (k) *in pr. Inſt. d. t. l. 2. in pr. ff. eo. Donell. d. lib. 15. c. 26.* (l) *ſ. Tertio capite Inſt. d. t. l. 27. §. 5. & ſeqq ff. eo. Quo pacto autẽ ineunda ſit æſtimatio damni. Vid. l. 33. ff. eod. Sichard. ad Rubr. C. eo. n. 7.* (m) *ſ. fin. & ibi latè Dd. Inſt. eo. Sichard. d. loc. n. 11. & ſeq. Donell. d. loc.* (n) *ſ. omnes autem infr. de act. Azo in ſumm. C. de l. Aquil. n. 30. & 39.*

## Hinc quæritur. I.

*Si Titius mortiferè vulneravit Sempronium, eumq; ex intervallo modico poſtea Sejus inter-*

*interfecit, an uterq; de occiso teneatur? N. Sed prior de vulnerato, posterior de occiso tenetur. l. 11. §. 3. ff. de l. Aquil. Zas. 2. sing. intell. 6. Costal. ad l. 52. eo.*

*I I.*

*Cum autem plures unum percutiunt, & is ex unico lethali vulnere moritur, non omnes de homicidio teneri, sed eum cujus fama apud viros graves laborat, & ex hoc torqueri posse asserit Schurpff. cent. 1. consil. 38. n. 6. & seq. Dec. ad l. favorabiliores n. 6. & seq. ff. de R. I.*

*I I I.*

*An is, qui arcendi incendij gratia, vicinas ædes demolitus est, ad damnum resarciendum teneatur? N. arg. l. 49. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam. Gail. 2. obs. 22. n. 3. Sichar. ad l. 2. n. 2. C. de l. Aquil.*

*I V.*

*Sed num illa domus salute totius vicinia diruta, communibus expensis reparari debet? Disting. cum Treutl. 1. disp. 18. th. 8. lit. b.*

*V.*

*An vicinus in cujus ædibus incendium oritur, vicino ad emendationem damni in dubio teneatur? N. arg. l. 27. §. 9. ff. de l. Aquil.*

*l.52.§.3.ff.pro soc. Gail.d.n.3. Menoch.de arb. jud.cas.390.n.12. DISS. Dd.comm.*

*V I.*

*An puella cicatricum & deformitatis nomine, adversus lædentem habeat utilem L. Aquiliæ actionem? A.arg.l.42.ff.de ædil.edict. Gomez. 3.resol.6.n. 12. VVesenb. in parat. ff. de his qui dejec. vel effud.n.5.in fin.*

## THESIS III.

Quod in personam alterius maleficium est, id est unius generis, & propriè injuria dicitur. Injuria generaliter omne id dicitur, quod non jure fit. (*a*) Specialiter, ut hîc, factum omne dolo malo in alterius contumeliam commissum. (*b*) Committitur re, verbis, & literis. Re, quoties aliquis pulsatur pugno, aut fustibus cæditur, vel etiam verberatur, (*c*) vel alio quo facto injuria fit, ut si quis litem alicui moveat, (*d*) impediat quo minus in suo vel publico agere, piscari, aucupari liceat, (*e*) si domum alterius vi introeat &c. (*f*) Verbis, quando in alterius contumeliam & contemptum quid dicitur, ex quo ejus, cui impingitur, existimatio lædi possit. (*g*) Literis, id est, famosis libellis, vel famoso carmine, sive componendo, sive edendo, & divulgando, sive scribendo, sive procurando: ejusque pœna capitalis est constituta. (*h*) Possunt autem omnes facere injuriam, qui &

qui & pati, & contra, (i) exceptis impubere & furioso, qui, licet pati possunt, facere tamen nequeunt, (k) cum non sint doli capaces. Patitur insuper quis injuriam, vel per semetipsum, vel per alias personas, ut cum liberi nostri, uxor, servi, contumeliâ afficiuntur. (l) Agitur injuriarum civiliter & criminaliter. (m) Civiliter, cum qui injuriarum agit, injuriam æstimat ad certam summam, taxatione judici reservatâ, qui eam uti quæque res erit moderetur. (n) Criminaliter, quando injurians petitur puniri in corpore, vel pœnâ pecuniariâ, fisco inferenda. (o) Agere potest non tantum ipse qui injuriam passus est, sed & qui per ejus latus patitur, (p) adversus eum qui injuriam fecit, aut cujus dolo & operâ facta est, (q) nisi sit sublata. Tollitur dissimulatione, (r) pacto, (s) transactione, (t) lapsu temporis. &c. (u)

(a) *in pr. inst. h. t. l. 1. ff. eo.* (b) *Vulte. 1. IP. 41. Vid. Donell. 15. com. 24.* (c) *§. 1. h. t. d. l. 1. §. 2. l. 5. in pr. eo.* (d) *d. §. 1. & l. 13. §. 3. ff. eo.* (e) *d. l. 13. §. 7. & l. seq.* (f) *§. sed & lex Cornel. h. t. l. 5. ff. eod.* (g) *l. 1. §. 1. l. 15. §. 3, & seqq. ff. h. t. l. 10. l. 9. l. 5. l. 3. C. eo. ubi Azo in summ. n. 3. Vulte. Donell. d. loc. Exempla ejusmodi verbalis injuriæ vide apud Wesenb. in parat. h. n. 8.* (h) *l. unic. & ibi Dd. C. de fam. libell. Azo d. loc. n. 4. & seq. Quo etiam pertinent picturæ & imagines in notam alicujus productæ l. 5. §. pen. h. t. Donell. d. loc. Azo d. n. 4.* (i) *l. 3. in pr. eo.* (k) *d. l. 3. §. 1. Wesenb.*

Wesenb. in parat. eo. n. 6. (l) §. patitur h. t. l. 1. §. 3. ff. eo. (m) §. pen. h. t. Azo d. loc. n. 19. (n) §. pœna autem. eo. Donell. d. c. 24. (o) ita criminalis actio communiter definitur. Accurs. in l. 3. ff. de sepulch. viol. Zas. cons. 19. n. 1. Duar. 1. disp. 35. Robert. 4. sent. 9. Wesenb. in parat. ff. h. t. n. 18. (p) l. 1. §. fin. h. t. Azo d. loc. n. 9. & seqq. (q) §. non solum h. t. l. 11. ff. eo. (r) §. fin. h. t. d. l. 11. §. 1. Azo d. loc. n. 18. (s) l. 17. §. 1 ff. de pact. (t) d. l. 11. § 1. in fin. Quatenus autem id verum sit consule Gail. 2. obs. 102. n. 13. & seqq. (u) Lapsu enim anni tollitur verbalis sine prætoria injuriarum actio. ex L. autem Cornelia, perpetua est, secundum communem Dd. sententiam. Chil. König. in pract. c. 59. in fin. Mynsi. 1. obs. 84. & 5. obs. 7. num. 8. Gail. 2. obs. 104. Fachin. 9. contro. 7. Bronch. 4. ass. 78.

## Hinc quæritur. I.

*Injuria in scriptis facta, sitne verbalis an realis? Realem eam esse A. l. 5. §. 9. h. t. & per ea quæ tradit Gail. 2. obs. 10. 4 Schurpff. cent. 1. consil. 61. DISS. Fachin. 9. controv. 9.*

## II.

*An ebrius injuriam facere, & sic injuriarum conveniri possit? Disting. cum VVesenb. in parat. h. n. 4. Vide Gail. 2. obs. 110. n. 24. & seqq.*

## III.

*Ex injuria subdito facta, vel vasallo, an domino superiori nascatur actio? Disting. cum VVes. d. loc. n. 6. in fin. Gail. 1. obs. 125.*

An

IV.

*An veritas convitij excuſet injuriantem à pœna? Si convitium detegi Reip. non expediat N. l. 18. l. 33. ff. de injur. Fachin. d. lib. 9. c. 10. Bronch. 4. aſſ. 77. Vulte. ad §. 1. n. 3. Inſt. h. t. ibid. Schneid. n. 6.*

V.

*An verbalem injuriam, verbis repellere liceat? A. arg. l. 3. ff. de J. & J. l. quæ omnia §. 1. ff. de procur. Fachin. d. lib. 9. c. 12. Vaud. 2. q. 29. Si modò id fiat defendendi, non ulciſcendi animo d. §. 1. DISS. Zoannet. in tr. de defenſ. p. 1. n. 51. & ſeqq.*

VI.

*Annus in prætoria injuriarum actione ſitne continuus vel utilis? Poſter. A. l. 5. C. h. t. l. 14. §. 2. ff. quod met. cauſ. Fachin. d. lib. 9. c. 8. Marant. p. 4. diſt. 1. n. 99. Govean. 1. var. lect. 10. DISS. VVeſenb. in parat. h. n. 13. Bronch. 4. aſſert. 78.*

VII.

*Actio injuriarum ad Palinodiam (hodie uſitata) ſive recantationem* zu einem widerruff/ *ſitne civilis vel criminalis? Prius A. cum Vulte. ad §. 7. n. 6. h. t. Mynſ. decad. 1. reſponſ.*

*ſponſ. 7. à num. 8. usq; ad 20. DISS. Marant. d. loc, n. 17.*

*VIII.*

*Qui remittit injuriam, an cenſeatur etiam damnum inde emergens remiſiſſe? N. l. 15. §. 46. ff. h. t. Coſtal. ad l. 7. ff. de condict. furt. Menoch. 2. præſumpt. 114.*

## THESIS IV.

Quaſi delictum eſt factum omne, ex quo qui convenitur dici non poteſt id deliquiſſe quod in maleficium cadat, fecit tamen quod ſit maleficio finitimum. (*a*) Id factum autem quodnã ſit, quatuor generibus declarat Imperator. I. Si judex per imperitiam vel imprudentiam iniquam ſententiam tulerit, litem ſuam facit, & in quantũ religoni judicantis videbitur, pœnam ſuſtinebit. (*b*) II. Si eum locum quo vulgò iter fieret, vel in quo conſiſteretur ex cœnaculo dejectum effuſumvè quid erit; quantum ex ea re damnum datum factumvè erit, dupli in eum, qui ibi habitaverit, conſtituta eſt actio. (*c*) III. Si quis in prædicto loco id poſitum aut ſuſpenſum habet, quod poſſit, ſi ceciderit, nocere. In eam rem, adverſus eum qui poſitum habet pœna decem aureorum conſtituta eſt. (*d*) IV. Si quid in navi exercitoris, aut in caupona vel ſtabulo hoſpitis dolo non ipſius, ſed eorum quorum opera cauponam, ſtabu-

stabulum exercet, admissum fuerit. Atque hinc de furto, aut alio damno dato, adversus ipsum exercitorem, aut cauponem, in duplum actio est. (a)

(a) *Donell. 15.com.42.* (b) *in pr. Inst. h. t. l. fin. ff de var. & extraord. cognit. & si jud. lit. suam fecisse dic. Vulte. & Dd. com. ad d. pr. DISS. Donell. 15 com. 27. Ubi hanc speciem refert ad vera maleficia.* (c) *§. 1. h. t. & t. t. ff. de his qui dejec. vel effud. Alibus. 1. IP. 67. Vulte. 2. IP. 20.* (d) *d. §. 1. l. 5. §. prætor. ff. d. t.* (e) *§ fin. h. t. & t. t. ff. naut. caup. stab. Donell. d. c. 42. Alibus. Vulte. d. loc.*

## Hinc quæritur. I.

*An, quod dicitur de judice litem suam faciente, locum habeat tam in ordinario quam delegato? A. Accurs. & Dd. ad l. fin. ff. de var. & extraord. cognit. Lin. Schneid. ad pr. Inst. h. t.*

*II.*

*An in Notario? A. arg. l fin. C. de magistrat. conven. Accurs. Schneid. Lin. alleg. loc. quia notarius tenetur scire jura, quæ ad officium ejus spectant Accursius in l. generaliter verb. servitutem C. de tabellar. lib. 10.*

*III.*

*Quando per imprudentiam à judice malè judicatum est, quousq; se extendat arbitrium judi-*

*judicantis? non nisi in quantum facere potest, condemnandus est. Bald. in c. 1. §. judices n. 1. p. 87. colum. 4. de pac. jurdm. firm. in usib. feud. Menoch. de arb. jud. cas. 339. n. 5.*

*I V.*

*Si judex contra communem Dd. opinionem judicet, an litem ex quasi delicto suam faciat? N. arg. c. secundum 19. distinct. Vaud. 1. q. 10. DISS. Ioan. Baptist. à* Schwartzenthal *ad l. nemo judex. n. 109. C. de sentent. & interloc. jud.*

## PARERG. I.

Nobilis in civitatem ita receptus, ut cerevisiam ei coquere non liceat, an pro usu domus & familiæ coquere possit?

## I I.

Qua pœna afficiendus sit, qui signa & literas non modò privatorum, sed etiam principum & civitatum, corrumpit & adulterat?

*Disputatio II.*

*LIBRI IV. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# ACTIONIBVS PRIMA.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis VVestph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia Respondebit*

IOACHIMVS BRAMBER

Demminens. Pom.

*Loco horisq; solitis, ad diem 23. Decemb.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano Anno 1601

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0767

DFG

*VIRTVTE, DOCTRINA, rerumq; usu conspicuis Viris, inclytæ Reipub. Rostochiensis civibus primarijs,*

DN. MARTINO Tancken/
Affini suo,

&

DN. IOANNI Brummen/
Notario publico,

*Dnn. Patronis, fautoribus & amicis plurimùm colendis,*

*offert*

Ioachimus Bramber.

# Thesis I.

DVO hactenus juris objecta, id quod ad personas, & id quod ad res pertinet, sunt expedita: Superest tertium & ultimum, quod ad ACTIONES pertinet. Actio nihil aliud est, quam jus persequendi in judicio, quod sibi debetur. (*a*) Summa sive præcipua actionum divisio in duo genera deducitur: aut enim in rem sunt, aut in personam. (*b*) Vtræque vel civiles, vel prætoriæ. Civiles sunt, quæ ex lege, sive quacunque alia juris parte, præterquam magistratuum edicto competunt, & legitima causa subnixæ sunt. (*c*) Actio in rem civilis, vel est de re corporea, vel incorporea. Quæ de re corporea est, vindicatio specialiter dicitur, estque actio, domino rei competens, adversus possessorem, vel eum qui dolo desijt possidere [ dolus enim malus (*d*) pro præsenti possessione est ] ut is rem corporalem, una cum fructibus & omni causa restituat. (*e*) Atque sic duobus extremis continetur, dominio ex parte agentis, & possessione ex

parte Rei conventi. (f) Quæ de re incorporea est, specialiter actio confessoria & negatoria appellatur. Confessoria est, qua servitutem nobis, aut prædijs nostris, à re vel prædio alieno, deberi asserimus. Negatoria, qua servitutem adversario in re vel prædio nostro competere negamus. (g) Nec refert utrum negativis an affirmativis verbis actio concipiatur, ut illa negatoria, hæc confessoria dicatur, sed utraq; & affirmativis, & negativis verbis concipi potest. (h)

(a) *In pr.h.t. l.51. & ibi Cujac. ff. de O. & A. Pac.ad Rubr. C. eo. num.7. Donell.19.com.1. & Dd. ad d.pr. Actionis verbum quam variè in jure accipiatur, vid. Dyn.ad Rubr.h.num.6. In origine etiam nominis deducenda, Pet. Platean.ad §.1.num.1.h. & Dd. commun. sequuntur Theoph. reprehensi à Don.ad d.pr. n.4.Iac. Cuvt. 1. conj. 15.* (b) *§. omnium ubi Dd. eod. l.25. in pr.ff. de O. & A. Vid. infr.q.3.* (c) *§. sed ista. ubi Ant. Vsyll num.8. Pet. Platean.num.2. Vulte.num.2.h.t.* (d) *l.un.C.de alien. jud.mut.caus. fact. l.52.l.36. ff.de R.V.* (e) *§.1.& ibi Dd. h.t. l.40.§.2.ff.de procur. l.68.ff.de R.V. Borch.ad t.de O. & A.p.2.c.2.n.16. Donell.20.com.1. & 5.* (f) *d.l. un. Dd. ad d §.1. Vid. de natura hujus actionis plenè Donell.d.lib.20.à cap.1.usq; ad 8. Vulte.ad l.1. C.ubi in rem act.* (g) *§. aquè. ubi Dd h.t.l.2 ff. si serv. vind.ubi Wesenb.in parat.l.pen § ult. ff. si usufr. pet.*
(h) *Accurs.ad d.§. aquè. verb. altius tollendi. ibid Donell.*

nell. num. 5. & 11. Cujac. in parat. ff. si serv. vind. DISS. Placent. referente Accurs. d. loc. qui conceptionem verborum attendendam ait. Cujus sententiam Vsyll. ad d. §. æquè. num. 78. & seq. defendere conatur.

Hinc quæritur. I.

*Actiones sintne jure gentium, vel civili introductæ? Originem jurigentium, formam juri civili acceptam fero. cum Vulte. ad pr. h. t. n. 102. Harprecht. n. 100. & seqq. Borch. de O. & A. p. 2. c. 1. n. 15. & seq. DISS. Forcat. Dial. 82. & 83. Hakelm. illust. quæst. disp. 1. th. 5. lit. c.*

I I.

*An definitio actionis proposita, conveniat omni actioni, tam in rem, quàm in personam? A. cum Donell. 19. com. 1. & ad pr. h. t. num. 18. Vsyll. n. 37. & seqq. Dyn. n. 21. & seq. Pac. ad Rub. C de O & A. n. 7. Bronch. 4. ass. 30. DISS. Hotom. 3. obs. 17.*

I I I.

*Sintne revera actiones quædam mixtæ. tam in rem, quàm in personam? N. §. 1. & ibi Coras. n. 3. Donell. n. 8. & seq. Harprech. n. 5 & seqq. Mynsi. n. 1. & seq. h. t. DISS. Dd. ad §. quædam. infr. eo.*

I V.

*In rem actio ubi intendi possit? Velin*

*loco rei sitæ aut constitutæ, vel in loco domicilij possessoris. l. fin. C. ubi in rem act. l. un. C. ub de hered. ag. l. 10. & l. seq. ff. de R. V. Vulte. & Dd. com. ad l. 1. C. ubi in rem act. DISS. Donell. 17. com. 17.*

*V.*

*An usufructuario etiam, qui ad fundum fructuarium servitutis pertinentis usu impeditur, actio confessoria tribuenda sit? Vtilem ei tribuendam esse A. l. un. §. item Juliano. ff. de remiss. l. 2. ff. de oper. nov. nunc. Robert. 2. recept. lect. 12. & 2. animadvers. 31. Gomez. ad §. æquè. circ. fin. h. t. ibid. Vult. n. 16. Harpr. n. 5.*

*V I.*

*An pro vectigalibus, decimis, jurisdictione, jure patronatus, &c. actio confessoria & negatoria competat? A. Si non directa, saltem utilis. Gomez. ad d. §. æquè n. 12. ibid. Mynsi. n. 22. Vulte. n. 4. & seq. DISS. Vaud. 2. q. 27.*

## THESIS II.

Prætoriæ actiones sunt, quæ ex magistratuum, hoc est, Prætorum vel Ædilium edictis seu jurisdictione constitutæ & comparatæ sunt. (a) Eæque ut dictum itidem vel in rem sunt, vel in personam. Ex innumeris, quæ in rem

rem sunt, paucas & velut exempli loco, attingit Imp. Harum prima est Publiciana actio, qua rem, ex justa causa, bona fide à non domino acceptam, nec dum usucaptam, quasi usucaptam, amissa possessione, ab ejus possessore petimus. (b) Secunda est actio Rescissoria, (c) sive Restitutoria, quam quasi Publicianam appellamus, (d) qua, quæ quis propter suum vel alterius absentiam justam, ex bonis amisit, aut usucapione, aut non utendo jure suo, rescissa intra tempus legitimum (e) usucapione, sibi restitui petit. (f) Tertia est actio Pauliana, (g) sive Revocatoria, qua creditores, res in fraudem suam alienatas, bonis debitoris ex sententia præsidis possessis, rescissa traditione repetunt. (h) Duo autem hac actione agens, allegare & probare debet, rem in bonis debitoris fuisse, & in fraudem, re & eventu, fuisse alienatam. (i) Quarta est actio Serviana, & Quasi Serviana: illa dominus, de rebus coloni, pignoris jure pro mercedibus fundi sibi obligatis, agit; hac, creditores pignora hypothecasvè, conventionis jure sibi obligatas, prosequuntur. (k)

(a) *§ sed istæ. & ibi Donell. num. 14. Harpr. n. 4. h. t. Si autem quæ actiones jure civili sunt constitutæ, aut admissæ, non ideò fiunt prætoriæ, quod à prætore fuerint approbatæ, ejusq; edicto propositæ Donell. d. n. 14. Harp. ibid. num. 10. & seq. Mynsing. num. 3. & seq.*

(b) §. namq; si cui h.t. & t.t. ff. de public. in rem act. ubi Dd. Borch. d.p.2. cap.2.n.23. (c) cur ita dicta vid. Harpr. ad §. rursus ex diverso n.4. h.t. (d) Dd. comm. ad d. §. rursus. DISS. ibid. Don. n. 14. (e) d. §. rursus. Olim infra annum utilem, hodie infra quadriennium continuum. l. fin. C. de temp. in integr. restit. Harpr. d. loc. n. 3. (f) d. §. rursus. Borch. d. cap. 2. n. 27. & seqq. (g) Vnde ita denominata vide Vulte. ad §. item si quis in pr. h. t. Et hanc revocatoriam actionem, & Paulianam à JCto appellatam, unum idemq; esse, communis est Dd. sententia. DISS. Donel. ad d. §. item si quis. (h) d. §. item si quis. & t. t. ff. & C. quæ in fraud. cred. (i) d. §. item si quis. ubi Wesenb. n. 1. l. 10. § 1 ff. quæ in fraud. cred. §. in fraudem. supr. qui & quib. ex caus. Borch. d. c. 2. n. 32. (k) §. item Serviana h.t. vid. quæ de hac actione diximus supra lib. præced. disp. 3. th. 4. & quæ latius de omnium harum actionum natura tradunt Dd. ad hunc tit. in sedibus ordinarijs.

## Hinc quæritur. I.

*An actio publiciana etiam vero domino indulgeatur? N. §. namq; si cui. h.t. ubi Gomez. n. 9. Donell. n. 8. Harpr. n. 15. DISS. Dd. commun. quos sequitur Bronch. 1. aff. 76.*

## II.

*An ea etiam adversus possidentē pro herede competat? A. cum Schneid. ad §. sed istæ. n. 32. h.t. Harpr. d. loc. n. 18. & seq. DISS. Gomez. ad d. § sed istæ. n. 16.*

Vtrum

III.

*Vtrum alia actione opus sit, qua usucapio rescindatur, antequam actio rescissoria locum habeat? N. cum Vsyll. ad §. rursus. n. 33. & seqq. h.t. ibid. Harpr. n. 7. & 8. Borch. d. c. 2. n. 30. DISS. Donell. ad d. §. rursus. n. 5. & seqq.*

IV.

*An actio Pauliana, verè sit realis? A. §. item si quis. ubi Coras. n. 3. Vulte. n. 59. Harpr. n. 2. h.t. DISS. ibid. Accurs. Dyn. n. 4. V Vesen. in parat. ff. quæ in fraud. cred. n. 6. Aliter Mynsi. ad d. §. n. 50. & seq. Vsyll. n. fin. Aliter Hotom. ibid. n. 7.*

V.

*An ea detur non tantum creditoribus chirographariis. sed etiam hypothecariis? A. cum Vulte. d. loc. n. 49.*

VI.

*Num eâ hereditas aut legatum, à debitore in fraudem creditorum repudiatum, revocari possit? N. arg. l. 6. ff. quæ in fraud. cred. Vulte. d. loc. n. 34. ibid. Harpr. num. 5. & seqq. Schneid. n. 20.*

VII.

*Alienatione igitur hac actione rescissa,*

*cuinam res est restituenda, creditorinè, an vero debitori? Huic, arg. l. 10. §. præterea. ff. d. t. Vulte. d. loc. n. 54. ubi refert* DISS.

## THESIS III.

Actiones civiles in personam sunt, quibus quis agit cum eo, qui ipsi obligatus est, ex contractu, vel ex delicto, ad hoc, ut det aliquid vel faciat. (*a*) Ex actionibus prætorijs in personam refertur prima, actio de constituta pecunia, qua experimur cum eo, qui, quod ipse, vel alius debebat, citra stipulationem, se soluturum, constituit. (*b*) Secunda, actio de peculio, qua pater vel dominus tenetur, ex contractu, seu negotio gesto à filiofam. vel servo in merce peculiari, ipsis ignorantibus vel scientibus, vel extra illam, ipsis scientibus, in quantum peculij vires pati possunt. (*c*) Tertia, actio ex jurejurando, qua quis ex jurejurando legitimè præstito, id, quod sibi debetur, adjudicari petit. (*d*) Pænales quoque actiones benè multas ex sua jurisdictione prætor introduxit, veluti adversus eum, qui quid ex albo ejus corrupisset, vel tolli aut corrumpi curasset, (*e*) ut pœnam 50. (*f*) vel ut alij malunt 500. (*g*) aureorum præstet. Deinde in eum, qui patronum vel parentem, sine permissu prætoris in jus vocasset, ut 50. aureos pœnæ loco det. (*h*) Item adversus eum qui vi exemerit eum, qui in jus vocaretur, cujusvè dolo alius exemerit, ut

actori

actori teneatur, non tantum in id, quod in veritate est: sed quanti ea res ab actore fuerit æstimata, de qua est controversia. (i) & alias innumerabiles.

(a) §. 1. h. t. ubi Harpr. n. 3. l. 25. ff. de O. & A. Pac. ad Rub. C. eo. n. 13. (b) §. de constituta. h. t. & 1. t. ff. & C. de constitut. pecun. (c) §. actiones autem de peculio. ubi Vulte. n. 13. h. t. & 1. t. ff. & C. de pecul. (d) § item si quis postulante h. t. Et vocatur hæc actio, etiam actio in factum. l. 11. ff. de jurejur. l. actori. C. eod. item utilis actio. l. 13. §. 1. l. 29. ff. eo. Quæ sit harum appellationum ratio. Vid. apud Donell. ad d. §. item si quis. n. 5. Vulte. n. 1. & seq. (e) §. pœnales. h. t. l. 7. in pr. ff. de jurisdict. (f) Ita plerique interpretes, ad d. §. & d. l. 7. legunt. (g) ut lectio Florentina habet in d. l. 7. quam sequitur ibid. Cujac. & 10. obs. 10. & 19. obs. 31. Wesenb. ad d. §. pœnales. Treutler. 1. disp. 4. th. 9. (h) d. §. pœnales. l pen. & ult. ff. de in jus. vocand. (i) d. pœnales. l. pen. §. 1. ff. ne quis eum qui in jus voc. Vid. de his actionibus omnibus Dd. ad hunc tit. in locis ordinarijs.

## Hinc quæritur. I.

*An qui sciens indebitum constituit, donare intelligatur? A. arg. l. 53. ff. de R. J. Schneid. ad §. de constituta. n. 33. h. t. Costal. ad l. 11. §. 1. ff. de const. pecun. post Accurs. ibid.*

## I I.

*Num de peculio convento, si plus solvat, quàm*

quàm est in peculio, condictio indebiti competat? N. arg. l. 32. §. 2. ff. de condict. indeb. Harpr. ad §. actiones autem de peculio. n. 11. & seqq. h. t.

III.

Si actor juraverit, an præter actionem juratoriam, possit nihilominus agere ex causa, ex qua juratum est? N. sed unam tantum actionem competere, nempe utilem in factum ex jurejurando, assero, cum Cujac. ad l. 8. C. de reb. cred. & jurejur. Vulte. 1. discept. 14. & ad §. 10. n. 13. h. t. DISS. Dd. comm. quos sequitur Rac. ad d. l. 8. n. 12. & 3. q. 78.

IV.

An lis jurejurando decisa, prætextu perjurij, retractari possit? Disting. cum Cujac. 18. obs. 35. Vulte. ad d. §. 10. n. 18. Vid. Harpr. ibid. n. 9. Donell. n. 4.

V.

Pœna albi corrupti, cui applicanda sit, actorine an fisco? Actori. l. 12. in pr. & ibi Gœdd. n. 15. & seqq. ff. de V. S. Harpr. ad §. pœnales. n. 10. & seqq. h. t. DISS. Cujac. 10. obs. 10. & ad l. 7. ff. de jurisdict. Vulte. ad d. §. pœnales. n. 16, aliter, Ludo. Mainus. lib. 2. de act. cap. 47.

An

*V I.*

*An discipulus sine venia præceptorem in jus vocare possit? N. arg. l. 4. C. locat. juncta l. 13. ff. de in jus voc. Alciat. ad l. 1. n. 8. C. de in jus voc. DISS. Dd. commun. distinguendo, ut refert Schneid. ad d. §. pœnales. aliter Duaren. c. 4. de in jus voc.*

*V I I.*

*Actiones præjudiciales, sintne in rem, vel in personam? Hoc A. arg. l. 1. §. 1. ff. de R. V. Donell. ad §. præjudiciales n. 10. h. t. ibid. Vulte. n. 12. & seq. & 1. discept. 3. DISS. ad d. §. Mynsi. n. 12. Schneid. n. 11. Harpr. n. 9. & alij.*

## THESIS IV.

Omnes verò actiones, tam in rem, quàm in personam, si ex contractu nascuntur, ferè (*a*) omnes rei persecutionem habent. (*b*) Sin verò ex maleficijs, interdum pœnæ tantum persecutionem, ut actio furti, sive manifesti, sive nec manifesti: interdum utramq; & rei & pœnæ persecutionem habent, ut actio vi bonorum raptorum, actio legis Aquiliæ, si adversus inficiantem agatur, & ea, quæ contra eos, qui relicta pijs locis dare distulerint, vel inficiati sint, datur. (*c*) Suntque omnes actiones aut in simplum conceptæ, (*d*) quales sunt omnes rei persecutoriæ: aut in duplum, (*e*) ut furti

nec

nec manifesti, Legis Aquiliæ, adversus inficiautem, rei, tumultus, incendij, ruinæ aut naufragij causa depositæ, servi corrupti, & quæ ex eo, quod venerabilibus locis relictum est, competit: aut in triplum, (f) cum major veræ æstimationis quantitas libello inseritur, ut majorem sportularum (g) summam reus luat: aut in quadruplum, (h) ut furti manifesti, ejus quod metus causa factum est, de pecunia calumniæ causa data, & condictitia ex lege, quæ datur contra executores litium sportulas ultra modum legitimum, à Reo exigentes. &c.

(a) *Excipiuntur enim duo casus, de quibus Donel. ad §. sequens illa. n. 9. h. t. ibid. Ioan. Cruce. num. 3.* (b) *§. rei persequendæ. eo. Ratio ejus quæ sit, vid. apud Dd. ibid.* (c) §. *ex maleficijs. & ibi Dd. h. t. §* (d) §. *omnes autem. eo. Simplum autem in his actionibus, quomodo intelligendum, vid. Harpr. ibid. n. 3.* (e) §. *in duplum agimus. ubi Dd. eo.* (f) *§. tripli verò* (g) *sportula unde dicta, & quam varia ejus significatio. Vid. apud Harpr. ad. d. §. tripli. n. 3. Vulte. ibid. n. 15. & seq.* (h) *§. quadrupli. eo. Quatenus autē verum sit, quod in* §. *omnes autem h. t. dicitur, ultra quadruplum nullam actionem extendi, vid. ibid. Schneid. n. 4. & seqq. Donell. n. 2. Vulte. n. 2. in fin. Harpr. n. 4. Dyn. n. 5. & seq.*

## Hinc quæritur. I.

*An pœna conventionalis, pertineat ad pœnales actiones? N. arg. §. fin. supr. de V. O. & l. 68.*

& l. 68. ff. eo. Harpr. ad §. sequens illa. n. 4. & 5. h. t. ibid. Vulte. n. 9.

II.

Si quis filiumfam. corruperit, an actione servi corrupti teneatur? Non directa, sed utili l. 14. §. 1. ff. de servo corrupt. Ioan. Crispin. de Montib. ad hunc tit. n. 36. Ioan. Platean ad §. in duplum. n. 5. & 6. ibid. Vsyll. n. 7. & 8. eo.

III.

An actio redhibitoria in duplum competat? A. l. 45. ff. de Aedilit. edict. Donel. ad §. sequens. h. t. n. 9. ibid. Ioan. Cruce. n. 3.

IV.

An heres, qui initio inficiatus est legatum pium, aut id, usq; quo jussu magistratus conveniatur, dare distulerit, à præstatione dupli liberetur, si pœnitentia ductus legatum fateatur, vel solvat? A. arg. l. 8. §. pen. ff. de alien. jud. mut. caus. fact. Harpr. ad §. ex maleficÿs. n. 8 & seqq. Gomez. ibid. n. 40. & seqq. h. t.

V.

Num igitur sufficit heredem per nuncium publicum admoneri, ut ultimam voluntatem defuncti exequatur, an verò per ipsum magi-

*magistratum id faciendum? Prius A. Nov. l.c. l.§.1. Harpr.d.loc.n.7. DISS. ab eo alleg.*

## PARERG.

Qui complurium annorum spatio, reditus annuos redimibiles, in minori summa, aut viliori moneta, simpliciter sine contradictione vel protestatione recepit, an postea integros reditus, in summa vel pecunia, ab initio in contractum deducta, petere possit?

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0798
DFG

*Disputatio III.*

*LIBRI IV. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# ACTIONIBVS SECVNDA.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis VVestph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia Respondebit*

IOANNES GVLOVV

è Prigniſſis Pritzlücens.

*Loco horiſq; ſolitis, ad diem 30. Decemb.*



ROSTOCHI

Prælo Reuſneriano Anno 1601

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0801

DFG

# Thesis I.

INsuper, actionum quædam sunt bonæ fidei, quædam stricti juris, quædam arbitrariæ. (*a*) Bonæ fidei sunt omnes *in §. actionum h.t.* enumeratæ, in quibus judici libera potestas à lege permittitur, ex bono & æquo æstimandi, quantū alterum litigatorum, alteri, ex bono, & æquo dare, facere oporteat. (*b*) In quo & illud continetur, ut si quid invicem præstare actorem oporteat, eo compensato, in reliquum is, cum quo actum est, condemnari debeat. (*c*) Stricti juris, quæ etiam dicuntur strictæ, item stricti juris judicia, sunt omnes præter dicto loco enumeratas, & in quibus judex præcisè adstrictus est, pronunciare de actione in judicium deducta, secundum naturam ei actioni à legibus vel jure datam. (*d*) Et licet olim in strictis judicijs, compensatio non fieret, nisi doli mali exceptione actori opposita: ex novissima tamen Iustiniani constitutione, æque in his, atq; in bonæ fidei judicijs, excepta actione depositi & momenti, ipso

jure eam fieri, constitutum est. (e) Arbitrariæ sunt in quibus judex ex æquo & bono, secundum cujusq; rei de qua actum est naturam, arbitratur, quemadmodum actori satisfieri oporteat. Nec tamé illud arbitrium judicis liberum est, ut in actionibus bonæ fidei: sed potius quasi conditione quadam coarctatum; nisi is cũ quo agitur, ad jussum & interlocutionem judicis, actori satisfaciat, veluti rem restituat, solvat, & ex noxali causa servum dedat. (f) Dividuntur hæ actiones, in actiones in rem, qualis est vindicatio, Publicana, Serviana & quasi Serviana; & in personam, veluti quod metus causa, de dolo, de eo quod certo loco, & ad exhibendum. (g)

(a) *Ita rectè trimembrem hanc divisionem facimus, ex §. actionum & §. præterea. & utrobiq; Donell. Harpr. & Dd. comm. h. t. l. 5. ff. de in lit. jur. l. 3. §. 1. ff. de usur. Ant. Fab. 15. conj. 1. & 2. DISSENT. Pac. ad Rub. C. de O. & A. n. 49. Vulte. ad d. §. actionum. n. 15. & seqq. Arbitrariæ autem actiones, quid differant ab actionibus bonæ fidei & stricti juris: vid. Harpr. ad d. §. præterea num. 19. & 20.* (b) *§. in bonæ fidei. ubi Dd. h. t. §. fin. supr. de oblig. ex consens. Althus. 1. IP. 26. Cur autem actiones, in d. §. actionum, enumeratæ, potius sint bonæ fidei quam aliæ, vid. ibid. Donell. n. 43. Harpr. n. fin. Vulte. n. 12. Covarr. in relect. c. possessor. p. 2. §. 6. n. 4. extr. de R. I. in 6. Valasc. quæst. jur.*

jur. Emph. s. n. 6. (c) d. §. in bonæ fidei. (d) l. 7. ff. de negot. gest. l. 99. ff. de V. O. Dd. ad d. § actionum. Althus. d. loc. (e) d. §. in bonæ fidei. ubi Dd. l. fin. C. de compensat. (f) d. §. præterea, ubi Don. Harpr. Borch. de O. & A. p. 2. c. 2. n. 73. Aliter definit Bart. aliter Dd. commun. quos refutat. Harpr. d. loc. n. 2. & seq. (g) d. §. Præterea. Esse autem & plures actiones arbitrarias, quam in d. §. enumeratæ convenit inter interpp. Quænam autem illæ, valde controversum. vid. de eo Harpr. d. loc. n. 9. & seqq. & Dd. comm. ibid.

## Hinc quæritur. I.

*Divisio actionum, in bonæ fidei & stricti juris, an jure Canonico sit sublata? N. c. cum venerabilis. extr. de except. Covarr. in c. possessor. p. 2. §. 6. num. 5. extr. de R. I. in 6. Ant. Fab. de error. pragmat. Decad. 9. err. 1. in fin. Gædd. de contrah. & com. stip. c. 8. n. 23. DISS. Ias. ad §. actionum. n. 4. h. t.*

I I.

*Sintne plures actiones bonæ fidei, quam in §. actionum. h. t. enumeratæ? N. per illum text. ubi Gomez. n. 11. Dyn. n. 2. Don. n. 35 & seqq. Vulte. n. 12. Harpr. n. 23. & seqq. D I S S. Coras. ibid. n. 6. & alij.*

I I I.

*Actio ex contractu Emphyteutico descen-*

dens, sitnè bonæ fidei, an stricti juris? Prius. A. cum Donell. ad d. §. actionum. n. 39. h. t. DISS. Valasc. quæst. jur. Emph. 5. n. 7. & seq.

IV.

An dolus dans causam contractui bonæ fidei, faciat eum ipso jure nullum? A. l. & eleganter. ff. de dol. l. in causæ. ff. de minor. Donell. in d. §. actionum. n. 26. ibid. Harpr. num. 24. Gædd. d. tr. c. 3. n. 114. & seqq. Bronch. 1. aff. 57. DISS. Coras. 2. miscell. 8. & 9. Robert. 1. animadv. 1. 2. 3. & 4. & in not. ad notat. Mercat. 1. 2. 3. & 4.

V.

An actio de dote repetenda compensationem admittat? A. l. 6. ubi Pac. C. de compensat. l. 7. §. 5. l. 15. §. 1. ff. solut. matrim. Balduin. in suo Iustinian. lib. 2. pag. (mihi) 116. in pr. DISS. Dd. ad l. un. §. 5. C. de rei uxor. act.

VI.

An specierum cum quantitate compensatio admittatur? N. cum Borch. in tr. de compensat. c. 2. n. 21. & seqq. Pac. ad l. 4. C. de compensat. n. 33. & seqq. Bronch. 1. aff. 83. DISS. Duar. ad l. 7. §. 5. ff. solut. matrim. Harpr. ad §. in bonæ fidei n. 9. & seqq. h. t.

An

*VII.*

*An debitum non juratum, cum jurato, sine perjurij metu, rectè compensetur? A. cum Covarr. ad c. quamvis. p. 1. §. 4. n. 17. & seqq. extr. de pact. Cacheran. decis. 92. n. 18. 26. & 33. Fachin. 1. controvers. 7. Harpr. d. loc. n. 16. & seqq.*

*VIII.*

*An sicut loci, ita & temporis adjectione, actio stricti juris fiat arbitraria? N. cum Donell. ad l. 4. n. 4. ff. de eo quod cert. loc. Rob. 2. animadvers. 5. & 2. not. ad notat. Merc. 5. Ant. Fab. 15. conj. 3. DISS. Cujac. ad l. 8. ff. d. t. in tr. 3. ad Afric. & 2. Mercat. 5.*

*IX.*

*Omnesnè, an quædam actiones noxales, duntaxat sint arbitrariæ? Prius A. §. præterea. h. t. ubi Coras. n. 6. Harpr. n. 21. Loriott. de action. axiom. 70. DISS. Mynsh. ad d. §. n. 19. & seqq. ibid. Donell. n. 12.*

## THESIS II.

Licet vero actionibus, solidum quod nobis debetur, persequamur: Sunt tamen quædam quibus non semper solidum, quod persequimur, consequimur. Idq; aut peculium facit filij, servivè, cujus nomine pater domi-

nusvè peculiotenus tantum condemnandi sunt: (a) aut beneficium reo tributum, partim ob causam, ut donatori, qui ex donationis causa convenitur, (b) partim ob personam Rei; idq; variè, puta propter conjunctionem sanguinis, ob quam si parens à liberis, liberi à parente conventi, in id quod facere possunt condemnantur: item propter conjunctionem affinitatis, ut si mulier adversus virum dotis nomine agat: Societatis, si socius cum socio judicio societatis experiatur: (c) item ob meritum in rempub. militi sc. datum, qui sub armata militia stipendia meruit, (d) & ob miserationem, ei, qui bonis cessit, si quid postea acquisierit: (e) aut deniq; id facit mutua actoris obligatio: si quid enim vicissim actor Reo debeat, per compensationem consequitur, ne in solidum condemnetur. (f) Tandem actione mota, etiamsi de incerta re aut quantitate actum fuerit, judicis erunt partes ut sententiam nihilominus certam ferat. (g) Et si cognoverit actorem, re, tempore, loco aut causa, plus petijsse, (h) siquidem minor sit, facilitate lapso succurrendum erit. (i) Sin autem major, nec justa causa erroris intervenerit, (k) non ut olim causa cadat, sed si quid tempore plus fuerit petitum, induciæ Reo erunt duplicandæ. (l) Si re, loco, aut causa, omne damnum quod ex causa acciderit, cum tripli

tripli condemnatione resarcire jubeatur. (m) Quod si minus actorem petijsse constiterit, petentem in eodem judicio postea reliquam summam, admittere debet, & in eadem, eodem quoq; judicio condemnare. Item si aliud, pro alio intenderit, eodem judicio, cognita veritate, errorem suum corrigere, minimè vetabitur.

(a) *§. sunt prætereà. h. t. l. 19. in pr. ff. de re jud.* (b) *§. Sed & si quis cum parente. in fin. h. t. Nesc: donator, munificentia sua redigatur ad inopiam. l. 50. l. 19. in fin. ff. d. t. l. 28. ff. de R. I. Dd. comm. ad d. §. sed & si quis.* (c) *de quibus omnibus in d. §. sunt prætereà & seqq. h. t. l. 16. & seq. ff. de re jud.* (d) *l. 18. d. t.* (e) *§. fin. h. t. l. 6. ff. de cession. bon. l. 173. de R. J.* (f) *§. compensationes quoq;. ubi Dd. h. t. Late de hisce beneficijs. Donell. ad d. l. 16. post Dd. commun.* (g) *§. Curare h. t. Quod in universum, in judicijs omnibus, & bonæ fidei, & stricti juris, & arbitrarijs, rectè accipiunt. Donell. Mynsi. Vulte. ad d. §. curare.* (h) *Quando his modis plus peti dicatur, vid. §. plus autem. h. t.* (i) *§. si quis agens. eo. ubi Dd.* (k) *Quæ sit justa causa. vid. in d. §. si quis agens. & ibi per Dd.* (l) *§. 6. infr. de except.* (m) *§. sed hæc quidem. h. t.* (n) *§. si minus. cum seq. & ibi Dd. h. t.*

Hinc quæritur. I,

*An frater à fratre conventus, beneficium hoc habeat, ne conveniatur ultra quam facere*

A 5 *potest?*

potest? A. arg. l. 16. & seq. ff. de re jud. l. 63. ff. pro soc. Harpr. Donell. ad §. sed & si quis. h. t. Cujac. ad l. 67. §. fin. lib. 32. Paul. ad edict. ff. pro soc. DISS. Mudæ. ad d. l. 63.

II.

Num maritus de dote conventus, eam q. adhuc integram possidens? A. l. 53. ff. solut. matrim. Harpr. ad §. item si de dote n. 5. & seq. h. t.

III.

An contra extraneum, qui ad dotem restituendam agit, privilegium istud marito detur? Disting. cum Harpr. d. loc. n. 11.

IV.

An socer mariti à genero suo, ex promissione dotis conventus, eodem privilegio gaudeat? N. l. 21. & seq. ff. de re jud. Duar. ad l. 17. ff. solut. matrimon. Harpr. d. loc. n. 13. & seq. Vid. Ant. Fab. 2. conj. 14. Vulte. ad §. sunt præterea, n. 14. h. t.

V.

An fideijussor patris, dotem genero promittentis? N. l. 7. in pr. ff. de except. Vid. Anton. de Gamma decis. 25.

VI.

An advocati, Doctores & Clerici? N. arg.

arg. l. 18. & ibi Duar. & Donell. ff. de re jud. Harpr. ad §. sed & si quis. in fin. h. t.

VII.

Vtrum à debitore, qui non est solvendo, ita omnia bona ad peram & sacculum usq; sint cedenda, ut nec ad victum quotidianum ei quicquam remaneat? Humanior est negantium sententia, arg. l. 6. ff. de bon. damnat. l. 6. ff. de cess. bon. Covarr. 2. resol. 1. n. 5. in fin. Harpr. ad §. fin. h. t. n. 19. & 22. DISS. Accurs. ad l. pen. ff. de cess. bon. Vid. Coler. de process. exec. p. 1. cap. 6. n. 111.

VIII.

An judex qui scit plus deberi, quàm petitum est, etiamsi officium ejus super hoc imploratum non fuerit, in reliquum condemnare reum actori possit? Disting. cum Cujac. ad l. 4. ff. de petit. hered. & l. 76. de V. O. DISS. Balduin. ad §. sin minus. & ibid. Harpr. n. 2. & seq. h. t.

IX.

An post litem contestatam, usq; ad sententiam definitivam, mutare & emendare libellum liceat? A. §. si minus. h. t. l. 3. C. de edend. modo reo sarciantur damna, quæ ob temera-

*merariam petitionem præcedentem fecit. l. eum qui. ff. de judic. Vacun. declar. 89. n. 5. & seqq. Donell. ad d. l. 3. n. 14. & seqq. & ad d. §. si minus DISS. Bronch. 1. aff. 28. & Dd. commun.*

## THESIS III.

Deniquè communis actionum affectio est, quod quædam sunt perpetuæ, quædam temporales. Perpetuæ dicuntur, non ut olim, quæ poterant quocunque tempore intentari, sed quæ durant usque ad terminum constitutionibus principum definitum, (*a*) annis 20. (*b*) cujusmodi sunt actiones in rem adversus bonæ fidei possessorem, vel 30. (*c*) cujusmodi sunt actiones personales, & mixtæ, quas vocant, item actiones reales adversus malæ fidei possessorem. Temporales sunt, quæ certo tempore, & à jure præfinito perimuntur, vel anno, quales sunt prætoriæ fermè (*d*) omnes: vel biennio, ut est actio de dolo (*e*) vel quinquennio, ut est actio de inofficioso testamento. (*f*) Tam verò hæ, quàm illæ, prorogantur litis contestatione: illæ quidem in annos 30. si reales sint, vel in annos 40. si personales aut mixtæ; hæ verò eodem modo. (*g*) Ex his actionibus perpetuis & temporalibus, quædam ad heredes transeunt, quædam non. In contractibus quibus doli præstatio inest, vel

bona

bona fides, heres tenetur in solidum. (*b*) In stricti juris contractibus heres non tenetur ex defuncti dolo, nisi in id quod ad se pervenit(i) In actionibus ex maleficio descendentibus, obtinet hæc regula: Ex maleficijs pœnales actiones contra heredem rei non competere (*k*) nisi ex delicto defuncti aliquid ad eum pervenerit, vel nisi dolo malo fecerit, quo minus ad eum perveniret, (*l*) vel nisi lis cum defuncto contestata sit. (*m*) Heredibus verò ejus adversus quem maleficium commissum est, competunt actiones omnes, qualescunque sint, (*n*) excepta actione injuriarum, (*o*) & quæ ei sunt similes. (*p*)

(a) *§. 1. & ibi Dd. comm. Inst. de perpet. & temp. act. Pac. ad Rub. C. de O. & A. num. 55.* (b) *l. 1. & passim t. t. C. de præscript. long. temp. 10. vel 20. ann.* (c) *l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Donell. 22. com. 2. Vulte. 2. IP. 4.* (d) *Excipiuntur enim quædam, quæ sunt perpetuæ, de quibus in d. §. 1. ubi Vulte. num. 6. Borch. de O. & A. p. 2. c. ult. num. 2. & 3.* (e) *l. fin. C. de dol.* (f) *l. 34. C. de inoff. testam. Donell. d. loc.* (g) *l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Et hoc est quod dicitur, omnes actiones semel judicio inclusas, salvas permanere. l. 139. ff. de R. I. Quod quatenus verum, vid. Pet. Fab. ad d. l. 139. num. 5. in fin.* (h) *l. 7. §. 1. l. 9. ff. depos. l. 12. l. 49. ff. de O. & A. l. 152. §. fin. de R. I. Cujac. 13 Obs. 29. & 21. Obs. 2. Pet. Fab.*

ad

ad l. 38. num. 13. de R. I. (i) Cum doli præstatio non insit strictis judicijs, sed propria sit opus actione. Pet. Fab. ad d. l. 38. num. 14. (k) §. non autem Inst. de perpet. & temp. act. l. III. §. fin. l. 38. ff. de R. J. (l) d. l. 38. l. 5. ff. de calum. l. 17. §. fin. l. 26. ff. de dol. (m) l. 164. de R. I. l. 26. l. 33. de O. & A. (n) d. §. non autem. ubi Vulte. n. 15. (o) d. §. l. 13. ff. de injur. (p) quas recenset Vulte. 2. IP. 6. in fin.

## Hinc quæritur. I.

*An annis, quibus perpetuæ actiones durant, emensis, actor à judicij limine repellatur, ob præscriptionem temporis, etiamsi eam Reus non allegaverit, appareat tamen ex actis præscriptū esse? Vsu id obtinuisse asserit. Mynsi. 3. Obs. 38. Vulte. ad pr. inst. de perpet. & temp. act. n. 11. vid. disp. seq. th. 1. in fin.*

## II.

*An jus offerendi sive reluendi pignoris, 30. vel 40. annorum spacio perimatur? N. Ioan. Fab. ad l. 7. n. 13. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Cujac. in parat. ibid. Covarr. 1. resol. 9. Gail. 2. Obs. 18. add. supr. lib. 2. disp. 3. coroll. 1. DISS. Accurs. ad l. 13. ff. de usucap.*

## III.

*An pactum de retrovendendo, habeat locum*

*locum, post prædictum tempus? A. Gail. d. obs. 18. Mynsi. 1. obs. 16. Fachin. 2. controvers. 13. DISS. Ioan. Fichard. in addit. ad Baptist. à Villalob. in loc. com. lit. p. n. 16. Nebel. diss. 13. th. 1. lit. c. & ab eo alleg.*

*I V.*

*An de jure Canonico, teneatur heres, pro viribus hereditarijs, licet nec aliquid ad eum ex delicto defuncti pervenerit, nec cum defuncto lis contestata fuerit? A. c. fin. extr. de sepultur. c. si Episcopum. 16. q. 6. c. Episcopos. 12. q. 2. Covar. 2. resol. 3. n. 7. Vulte. 2. J P. 6. n. 21. DISS. Abb. Panorm. ad d. c. fin.*

*V.*

*Vtrum ex delicto defuncti, cum non pœnæ, sed meram rei persecutionem contineat, in heredes ejus in solidum, an verò duntaxat, in quantum ad eos pervenit, detur actio? Hoc A. l. fin. C. rer. amot. Fachin. 9. controvers. 5. ubi refert DISS.*

# COROLL.

Actio civilis & criminalis, an & quan-

quando simul cumulari possint? *Disting. Fachin.d. lib. 9.c.1.*

## PARERG. I.

An decima bonorum (vulgo Abschoß) ab eo, qui bona sua extra civitatem alio transfert, jure exigatur?

## I I.

An novum opus nuncians, & causam, puta dominij servitutis, vel damni, in nunciatione debeat exprimere?

*Disputatio IV.*

*LIBRI IV. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# EXCEPTIONIBVS ET INTERDICTIS.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,

Osnaburgensis VVestph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia*

*Respondebit*

**Arnoldt Stedingk/**

Holsat.

*Loco horisq; solitis, ad diem*

*4. Januarij.*

ROSTOCHI

Prælo Reusneriano, Anno 1602.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0835

DFG

# Thesis I.

Actionibus rectè (a) subjiciuntur exceptiones. EXCEPTIO, sic dicta, quasi actionis exclusio, (b) est conditio, (c) quæ modò eximit reum damnatione, modò minuit damnationem. (d) Genera exceptionum summa duo sunt: quædam enim peremptoriæ sunt, quæ & perpetuæ, quædam dilatoriæ, quæ & temporales dicuntur. (e) Peremptoriæ sunt, quæ semper locum habent, nec evitari possunt: (f) vel, quæ semper agenti obstant, & rem de qua agitur perimunt. (g) Et nascuntur Reo, vel ab initio, ex ijs causis, quæ jam tum in re gerenda intervenerunt, vel re initio rectè constituta, postea novis de causis existunt. (h) Quæ nascuntur ab initio, hæ partim ex re sola sunt, ut exceptio doli, (i) metus, (k) in factum ex errore promittentis, (l) & pecuniæ non numeratæ (m) &c. Partim maximè ex persona ejus cui tribuuntur, ut exceptio Senatusconsulti Macedoniani, (n) & Vellejani. (o) Et hæ duæ sunt ordinariæ, propositæ

jure communi. Vna est extraordinaria, proposita minoribus 25. annis per in integrum restitutionem, de ijs oneribus, quibus se subjecerunt, cum subjicere non liceret. (p) Quæ postea existunt Reo ex justis causis exceptiones, sunt exceptio rei venditæ, (q) pacti conventi de non petendo, (r) jurisjurandi, (s) rei judicatæ, (t) præscriptionis. (u)

(a) *Quia ut loquuntur, actionibus actores armantur, exceptionibus Rei vallantur. Azo. in summa. C. h. in pr. & Dd. ad Rub. Inst. eo.* (b) *l. 2. ff. h. t.* (c) *cur ita dicatur. vid. Donell. ad Rub. C. h. n. 22.* (d) *l. 22. ff. eo. Mynsi. ad Rub. inst. eo. n. 8.* (e) *§. appellantur. h. t. l. 2. in fin. l. 3. ff. eo.* (f) *d. l. 3.* (g) *d. §. appellantur.* (h) *Donell. 22. com. 2.* (i) *d. §. appellantur. d. l. 3. l. 36. ff. de V. O. Donell. d. lib. 22. c. 8. Idq; obtinet in contractibus stricti juris, per disp. præced. th. 1. q. 4.* (k) *§. 1. h. t. ubi Dd. l. 7. C. quod met. caus.* (l) *in pr. h. t. l. 57. ff. de O. & A.* (m) *§. idem juris est. h. t.* (n) *§. pen. supr. quod cum eo. l. 1. §. 1. ff. ad SC. Maced.* (o) *l. 7. ff. h. t. Donell. d. c. 2.* (p) *d. l. 7. Donell. d. loc.* (q) *l. 1. & 1. t. ff. de except. rei vend. ubi Wesenb. in parat.* (r) *cum ita convenit, ne omnino pecunia deberetur. d. §. appellantur. & l. 5. ff. h. t. Donell. d. lib. c. 4.* (s) *§. æquè. eo. ubi Dd. l. 15. ff. eo. Donell. d. c. 4.* (t) *§. item si in judicio. h. t. & 1. t. ff. de except. rei jud. Donell. d. lib. c. 5.* (u) *1. t. ff. de diverf. & temp. præscript. Nam tempore ad actiones intentandas præscripto finito, non tollitur actio*

*ipso*

*ipso jure, sed per exceptionem. disp. præced. th. ult. Donell. d. lib. c. 2. pag. 562. circ. fin. Quod correctum videtur per l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. ann. vid. d. disp. præced. th ult. q. 1.*

## Hinc quæritur. I.

*Exceptiones quo jure sint introductæ? Originem earum jurigentium adscribo, cum Panorm. ad Rub. extr. h. t. ibid. Coler. n. 7. 8. & 9. Alciat. 1. parad. 21.*

I I.

*An negans contenta in libello, dicatur propriè excipere? N. l. 9. in pr. ubi Donell. num. 1. C. h. t. Coler. ad Rub. extra eo. in fin. V Vesc. ad Rub. Inst. eo. & ad Rub ff. eo. n. 2.*

III.

*An exceptio metus, opponi possit parenti vel patrono? N. l. 4. §. 16. ubi Cujac. in not. & §. fin ff. de dol. mal. & met. except. DISS. Ang. ad §. 1. h. t. n. 37.*

I V.

*Exceptio non numeratæ pecuniæ, sitne perpetua, an temporalis? Prius A. cum Pac. ad l. 19. num. 5. C. de probat. Donell. 22. com. 2. & ad Rub. C h. t. n. 14. DISS. Azo in summ. ibid. n. 3. Coler. ad c. 2. n. 46. extr. eo.*

V.

*Exceptio inopiæ, quæ datur ei, qui non est condemnandus, nisi in quantum facere potest, sitnè perpetua, an tēporalis? Hoc A. Pac. d. loc. n. 6. Azo. d. n. 3. DISS. Dd. variè ut refert Pac.*

V I.

*An exceptio jurisjurandi, etiam detur successori singulari, sive sit actio in rem, sive in personam? A. l. 8. ubi Cujac. lib. 18. Paul. ad edict. l. 7. ff. de jurejur. l. 28. C. de evict. Donell. de jurejurand. cap. 7. n. 4. DISS. Dd. commun. ad d. l. 7.*

## THESIS II.

Dilatoriæ, sive temporales sunt, quæ non semper locum habent, sed evitari possunt: (*a*) Vel, quæ ad tempus nocent, & dilationem temporis tribuunt. (*b*) Suntq; triplices: Aliæ enim objiciuntur in personam judicis, quibus aut prorsus judicium declinatur, qualis est exceptio, quod judicet in propria vel suorum causa, (*c*) exceptio incompetentiæ, (*d*) præventionis, (*e*) judicis suspecti, (*f*) &c. aut saltem differtur, qualis est exceptio feriarum, (*g*) loci non tuti, (*h*) termini nimis angusti, (*i*) &c. Aliæ objiciuntur in personam actoris, quod sc: non habeat legitimam personam standi in judicio, (*k*) quod sit excommunicatus, (*l*) non

sit

sit legitimatus, (m) &c. Aliæ ipsi causæ, ut exceptio præjudicialis, (n) spolij, (o) ne reus conveniatur ultra id quod facere potest, (p) ineptitudinis, incertitudinis, vel obscuritatis libelli, (q) excussionis & ordinis, (r) pactl conventi temporalis, (s) plus petitionis, (t) obreptionis, (u) & similes. Cognitis igitur exceptionibus perpetuis & temporalibus, videndum, etiam quando proponi debeant: Proponi possunt peremptoriæ regulariter (x) post litem contestatam, usq; ad sententiam: dilatoriæ verò ante litem contestatam. (y) Vt autem actionem exceptio: sic exceptionem replicatio: replicationem duplicatio: duplicationem triplicatio: & hanc rursum quadruplicatio, & consequenter elidit. (z)

(a) *l. 3. ff. h. t.* (b) §. *appellantur. Inst. eo.* (c) *l. 10. ff. de jurisdict. Coler. ad Rub. extr. h. t. num. 10.* (d) *l. 1. & 2. t. C. si à non compet. jud. & illa est, quæ præscriptio fori appellatur, de qua vid. Coler. ad c. olim. num 24. & seqq. h. t. Zang. in tr. de except. p. 2. c. 1. num. 1. & num. 33. & seqq.* (e) *veluti ubi quis habet duos judices non subordinatos, tum enim ab uno citatus, in eadem causa regulariter ad alium trahi nequit. Gail. 1. Obs. 29. num. 5.* (f) *l. apertissimi. C. de judic. ubi Dd. Coler. ad d. c. olim. num. 31. Gail. 1. Obs. 33. num. 9.* (g) *t. t. ff. & C. de fer. Quotuplices sint feriæ, & quæ sint feriæ ex ordinatione Cameræ, & earum declarationem, vid. apud Coler. ad c. 2. num. 31.*

& seq. h.t. Gail. 1. Obs. 53. n. 4. & 5. (h) clement. pastoralis. §. nos circa eam. extr. de re jud. c. bonæ. de elect. c. hortamur. 3. q. 9. (i) c. fin. 6. q. 2. auth. offeratur. C. de lit. contestat (k) Coler. ad Rub. extr. h. t. num. 10. (l) c. 2. eo. Coler. d. loc. (m) puta, quando procurator comparet sine mandato, l. ita demum. C. de procurat. Coler. ad d. c. 2. num. 20. & seq. (n) l. 16 l. 18. ff. h. t. (o) c. frequens. de restitut. spol. in 6. Coler. ad c. cum venerabilis. num. 58. h. t. (p) l. 3. ff. h. t. (q) Coler. ad c. 2. num. 37. & seq d. t. Gail. 1. Obs. 62. num. 2. & Obs. 66. num. 6. (r) auth. præsente. C. de fidejuss. adde supr. lib. præced. disp. 5. th. 3. q. 1. (s) §. appellantur. h. t. l. 3. ff. eo. (t) d. §. appellantur. (u) l. 2. C. si contr. jus vel util. publ. latè de his omnibus. Coler. ad d. c. 2. (x) l. 4. l. 8. C. h. t. l. 10. C. de fidejuss. (y) l. 19. C. de probat. Et ea ut dixi regulariter obtinent: exceptiones vid. apud Sich. Pac. & Dd. ad d. l. 19. Azon. in summ. C. h. Coler. passim ad t. extr. eo. (z) t. t. Inst. de replic. Don. 22. com. ult.

## Hinc quæritur. I.

*An judex ordinarius recusari possit? De jure Canon. A. c. si quis. de for. compet. c. suspicionis. de offic. deleg. secus de jure civil. Nov. 86. c. 2. Cacheran. decis. 84. n. 1. Bronch. 1. ass. 45. Zas. Sichard. & Dd. commun. ad l. 16. C. de judic. DISS. Donell. 17. com. 25. in fin. Treutl. 1. disp. 12. th. 11. in fin.*

An

II.

An causa suspicionis, in libello recusationis in specie sit exprimenda? De jure civili N. Dd. commun. ad d. l. 16. per illum' text. Donell. d. c. 25. Secus de jure Canon. quod usu etiam receptum esse testatur Coler. ad c. olim. n. 40. extr. de except. Zang. de except. p. 2. c. 3. n. 9. Cachera. d. decis. 84. n. 6. Donel. d. loc.

III.

An exceptio feriarum, indistincte omnibus, etiam qui ipsi in messibus & vindemijs non occupantur, competat? A. cum VVesenb. in parat. ff. de fer. n. 7.

IV.

Recepto hodie pluribus in locis Calendario Gregoriano, at q; ita in vicinis locis feriis solemnibus sæpè discrepantibus, an actoris, an Rei, an judicis feriæ erunt observandæ? Posterius A. per tradita à Coler. ad c. 2. num. 32. extr. d. t.

V.

An exceptio spolij, etiam post litem contestatam objici possit? Regular. N. cum Treut. 2. disp. 26. th. 4. lit. g. post Joan. Fab. ad tit. C. de except. n. 7.

*V I.*

*An exceptio obreptionis sit peremptoria? N. per notat. supr. ad th. lit. u. DISS. Zang. de except. cap. de tert. gen. exceptionum. except. 8. Abb. Panorm. ad c. 31. extr. de rescript.*

*V I I.*

*Exceptiones quando sint probandæ? Postquàm actor intentionem suam probavit. l. 19. ubi Cujac. Pac. n. 18. & 19. & Dd. commun. C. de probat. l. 9. C. de except. l. 9. C. de præscript. long. temp. DISS. Accurs. ad d. l. 19. & Donell. 22. com. 9. circ. fin. Vid. Coler. ad c. 2. n. 49. & c. cum venerabilis. n. 64. & seqq. extr. de except.*

## THESIS III.

Petitoriæ actiones, earumq; cum exceptionibus congressus, hucusq; fuerunt. (*a*) Possessoriæ sunt interdicta, inde dicta, quod interim (*b*) inter duas (*c*) partes litigantes, à Prætore dicantur, id est, ut statuatur de possessione rei controversæ, apud quem ea esse debeat, quoad de proprietate judex pedaneus, quem quamprimùm cognitione super possessione facta, prætor ad cognoscendum de proprietate dedit, cognoverit & sententiam tulerit, eâq; sententia, vel illi, qui possessionem à Prætore interdicto obtinuit, eam possessionem, pro eo judi-

judicando, confirmaverit, vel rem ei, qui in causa proprietatis potior est, priori possessori ablatam, adjudicaverit. Competunt, ut dictum, de possessione, (a) eaq; vel adipiscenda, vel retinenda, vel recuperanda. Adipiscendæ possessionis interdictum est, vel quorum bonorum, vel quod legatorum, vel Salvianum. Quorum bonorum, sic à primis verbis edicti appellatum, conceditur illi, qui ad successionem hereditariam, æquitate prætoris vocatus, bonorum possessionē apud judicem agnovit, adversus eos, qui pro herede vel pro possessore occupassent hereditatem defuncti, ut restitutio possessionis rerum hereditariarum fieret. (f) Affine ei est remedium. *L. ult. C. de edict. D. Hadr. toll.* Quod legatorum datur heredi sive bonorum possessori, nomine legati, quod sine voluntate ejus, legatarius possidet, vel dolo malo desijt possidere, ad id restituendum. (g) Salvianum interdictum, datur locatori, ad persequendam possessionem, rerum coloni, pro mercede, pignori specialiter obligatarum. (h)

(a) *Althus. 2. IP. 6.* (b) *Cujac. ad Rub. C. h. t. & in parat. ibid. Vulte. ad pr. Inst. eo num. 32. vid. Don. ad d. Rub num. 3.* (c) *Id accipe non respectu numeri litigantium, sed tertiæ personæ judicis, in quem verba edicti conciperentur. Wesenb. ad §. 2. in fin. h. t. Vulte. d. loc. n. 30. in fin.* (d) *de proprietate in quibusdam casibus tantum de quibus Cujac. in parat. C. h. t. & §.*

*Obs.*

Obs. 17. vid. Donell. d. loc. n. 6. (e) §. sequens. h. t. l. 2. §. ult. ff. eo. (f) t. t. ff. & C. quor. bon. §. adipiscendæ. Inst. h. t. Donell. Tavard. ad d. t. C. (g) t. t. ff. & C. ubi Wes. Cujac. in parat. & de ejus natura ibid. Donell. Tavard. Menoch. de adipisc. poss. in prælud. num. 13. (h) t. t. ff. & C. de interd. Salvian. Menoch. d. loc. n. 14.

## Hinc quæritur. I.

*An edictum quorum bonorum directum, etiam heredi ex testamento detur? A. si hereditatem, aut bonorum possessionem apud magistratum agnoverit. Don. ad Rub. C. quor. bon. n. 3. DISS. Cujac. in parat. C. ibid. in fin. aliter Vulte. 2. ℣P. 21. n. 41. & ad §. 2. & seqq. n. 5. Inst. h. t. & Dd. commun.*

## I I.

*Si coram judice appareant duo heredes, ostendentes diversa testamenta, eodem die confecta, ita ut non possit judicari, utrum altero esset posterius, uter eorum in hereditatis possessionem ex remedio l. ult. C. de Edict. D. Had. toll. mittendus sit? Neuter, per disput. 6. th. 1. q. ult. supr. lib. 2. Sichard. ad d. l. ult. n. 26.*

## I I I.

*An is qui petit se mitti, mortem ejus, in cujus bona se immitti petit, plenè probare debeat? N. Sichard. d. loc. n. 24. & seq. ubi refert DISS. Alexand.*

An

*I V.*

*An heres in re certa instítutus, habeat dictum beneficium? N. Sich. ad d. l. ult. n. 2. Bellon. 4. supput. 18. Fach. 4. controv. 21. Menoch. de adip. poss. rem. 1. n. 38. & rem. 4. n. 132. & seqq. DISS. Curt. Junior ad d. l. ult. referente Fachin.*

*V.*

*Si constet Falcidiam non esse detrahendam, an cesset interdictũ, quod legatorum? N. V Ves. in parat. ff. quod leg. Ant. Fab. 6. conj. 2. DISS. Cujac. in parat. ff. d t Don. ad l. un. C. eo.*

*V I.*

*Interdictum Salvianum, an etiam creditoribus tacitam hypothecam habentibus, competat? N. §. adipiscendæ. in fin. Inst. h. t. Hakelm. illust. q. disp. 21. th. 8. lit. a. DISS. ab eo al. leg.*

*V I I.*

*Interdictum illud directũ, an detur etiam contra possessorem quemlibet, causam à conductore habentem? A. l. 1. §. 1. ff. de Salv. interd. Donell. ad l. 1. C. eo. n. 5. & 6. DISS. Cujac. 5. obs. 24. in pr. & Dd. commun.*

## THESIS IV.

Retinendæ possessionis interdicta, ut quæ reliquis sunt potissima, duo sunt: Vti possidetis & utrubi, seu utribi, (a) utrumq; à primis edicti

dicti verbis, sic appellatum, quorum illud est de rebus soli, seu immobilibus, hoc de mobilibus. (b) In utroq; is vincit hodiè, qui vel justiorem, vel antiquiorem possessionem probat, (c) nisi pares sint probationes in possessione, tum enim judex pro præsente possessore judicabit. (d) Danturq; adversus quovis modo turbantem, quo minus quis quietè possessione sua uti possit. (e) Effectus utriusq; idem, ut is qui possidet possessionem suam in qua turbatur, quietè retineat, (f) ne reus in futurum turbet, (g) ut hoc nomine cautionem præstet, (h) & illata damna atq; interesse solvat. (i) Recuperandæ possessionis interdictum est unicum, quod à primis edicti verbis, Vnde vi, appellatur, daturq; ei qui per vim de possessione rei immobilis dejectus est, adversus eum qui vim fecit, vel per se, vel per alium, vel qui ratum habuit, ut non solum pristinam possessionem recuperet, (k) sed etiam quanti existimaverit sua interesse, vi dejectum non esse, cum restitutione rerum qualiumcunq;, quæ tempore dejectionis ibi fuerunt. (l) Deniq; interdictorum alia sunt simplicia, alia duplicia: In illis certò constat, quis actor sit, quis reus, cujusmodi sunt omnia restitutoria & exhibitoria, & ex prohibitorijs quædam: in his non item, sed unusquisq; tam actoris, quàm rei partes sustinet, utputa interdictum uti & utrubi possidetis. (m)

(a) Cujas.

(a) Cujac. 5. Obs. 22. (b) §. sed interdicto. h. t. l. 1. ff. uti poss. l. 1. ff. utrubi. & ibi. Wes. in parat. vid. de his latius. Donell. 15. comm. 31. & 32. (c) jure scr. Canonico, & usu inspecto c. licet. extr. de probat. c. red. integranda. 3. q. 1. Gail. lib. sing. de pignorat. Obs. 22. n. 8. Wesen. ad d. §. sed interdicto in fin. (d) §. commodum autem. h. t. (e) Wesen. in parat. ff. uti poss. n. 5. (f) l. 1. l. 3. §. ult eo. (g) Dd. ad l. 1. C. eo. Althus. 2. I. P. 6. Vulte. ad §. 2. & seqq. n. 18. Inst. de interdict. (h) Althus. Vulte. d. loc. Hakelman. d. disp. 21. th. 10. in fin. DISS. ab eo alleg. quos sequitur Treutl. 2. disp. 25. th. 3. lit. i. (i) l. 3. §. ult. ff. uti poss. l. si quis in tantam. C. und. vi. Vulte. Althus. d. loc. (k) §. recuperandæ. h. t. & passim. t. t. C. und. vi. ubi Azo in summa. & ibi Donell. & Tavard. (l) l. 1. §. ex die. l. si plures. §. dejectum. l pure. §. ult. ff. de vi & vi arm. t. t. C. und. vi. Althus. d. loc. vid. Oldendorp. class. 2. act. 10. (m) §. pen. ubi Dd. h. t.

## Hinc quæritur. I.

*Interdictum uti possidetis, an etiam de quasi possessione rerum incorporalium detur? Nõ directò, sed utiliter. Vult. ad d. §. 2. & seqq. n. 13. & seq. Treutl. d. disp. 25. th. 4.*

I I.

*An sequestro detur? A. si partium voluntate in ipsum sit translata possessio. Vid. l. licet. & ibi Dd. ff. depos. & Coras. 3. miscell. 2. n. 15. Zas. p. 2. antinom. n. 4. Menoch. de retin. poss. rem. 3, n. 93.*

Ac

III.

*An ei, qui jam de possessione dejectus est, ad eandem recuperandam? N. l. 1. & passim. t. t. ff. uti possid. Donel. ad l. un. C. eo. n. 12. DISS. VVes. in parat. ff. eo. n. 5. vers. nam in eo.*

IV.

*Num adversus verbis turbantem detur? A. modò per eam turbationem vel diffamationem, possessio impediatur arg. l. 11. ff. de vi & vi arm. Treutl. d. disp. th. 3. lit. f.*

V.

*An interdictum unde vi, etiam eo casu detur, quando manifestus prædo, spoliatus est ab eo, quem constat dominum esse? A. Hierem. Setser. disp. inst. 35. th. 8.*

VI.

*An in interdictis duplicibus idem fieri debeat, quod fit in judicijs divisorijs, ut is actoris partes sustineat, qui primus provocavit ad judicium, vel si uter q. provocaverit, is qui sorte electus fuerit? N. Vulte. ad §. pen. n. 4. h. t. DISS. Joan. Fab. ibid.*

## PARERG.

An, quæ libidinis explendæ causa, mulieri promissa sunt, peti possint?

*Disputatio V.*

*LIBRI IV. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM*

DE

# PVBLICIS IVDICIIS.

*Ad quam*

D. O. M. A.

*Sub præsidio*

DN. IOANNIS NIGERDINI,
Osnaburgensis VVestph.

*In celeberrima Rostochiens. Academia*
*Respondebit*

IOACHIMVS CLVTENIVS
Parchimens. Megapol.

*Loco horisq; solitis, ad diem*
*9. Januarij.*

ROSTOCHI
Prælo Reusneriano, Anno 1602.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0869
DFG

# Thesis I.

CIvilibus & privatis judicijs hactenus examinatis: restant ultimo loco PVBLICA, quæ ab ijs instituendo & exercendo differunt. (a) sic dicta, quod certa aliqua lege de atroci crimine, cujus vindicta ad Rempub. pertinet, publicè sint constituta, (b) vel, quod cuivis ex populo executio, id est, accusatio & persecutio eorũ plerũq; detur. (c) Suntq; vel capitalia vel nõ capitalia. Capitalia sunt, ex quibus ultimo supplicio, vel deportatione, vel in metallũ damnatione, delinquẽtes afficiũtur. (d) Inter quæ primò numeratur Majestatis læsæ crimen, ex L. Julia, quod olim adversus populum Rom. vel securitatem ejus: (e) hodie (translato in principem Imperio) adversus summum principem, ejusq; consiliarios, & Imperij statum, propriè committitur. (f) Et pro sui atrocitate, modo perduellio, modò generis nomen retinet, & Majestatis appellatur. Illius rei sunt, qui seditionem in Repub. concitant, eam hostibus produnt, aut ab eorum

partibus stant, aut aliud quidvis, ad imperij statum labefactandum vel evertendum moliuntur. (g) Hujus, qui in principis, ejusq; consiliariorum personam impingunt, (h) &c. Criminis hujus convictos, pœna, mors naturalis, manet, publicatis etiam bonis, & damnata defuncti memoria, filij etiam infamia notantur, & testamenti factione penitus privantur: quod tamen ultimum, videtur tantum ad eos pertinere, qui hostilia contra Remp. agitasse convicti sunt. (i)

(a) *In pr. h. t. ubi Dd. alias etiam afferunt differentias.* (b) *l. 1. ff. h. t. ubi Wesenb. in parat.* (c) *d. pr. quare autem dicatur, plerumq;. vid. Dd. ibid.* (d) *l. 2. ff. h. t. l. 2. ff. de pœn.* §. *capitalia. h. t.* (e) *l. 1. ff. ad L. Iul. Majestat.* (f) §. *Publica autem judicia. h. t. l.* §. *C. ad L. Jul. Majest.* (g) *l. 1. l. pen.* § *ult. ff. eo. l.* §. *C. eo.* (h) *Ita distinguunt Vulte. 1. IP. 47. & ad d.* §. *publica. n. 8. Wesen. n. 4. Harpr. n. 9. 10. & 11. Alibus. 1. IP. 61. Azo. in summ. C. eo. n. 2.* (i) *Wesen. d. n. 4. Treutl. 2. disp. 22. th. 1. Facbin. 9. controvers. 33. in fin. & ab eo alleg. Alij tamen sunt, qui discrimen illud sublatum statuunt, per d. l.* §. *vid. Harpr. d. loc. n. 27. & seqq.*

## Hinc quæritur. I.

*Num quis alium, bona conscientia, quando non persequitur suam vel suorum injuriam, de crimine publico accusare possit?* A. c. illud

illud. c. si quas. 23. q. 4. c. & qui emendat. dist. 45. Gomez. 3. resol. 1. n. 29. Menoch. de arb. jud. cas. 484. n. 1.

II.

An compatri vel filio spirituali, competat accusatio pro nece defuncti compatris, vel patris spiritualis? Vtramq; sententiam rectè acceptam, defendam, cum Prosper. Farinac. lib. 1. quæst. crim. q. 13. n. 18.

III.

An ob crimen læsæ majestatis, ipso jure bona confiscentur? N. l. 15. ff. qui & à quib. manumiss. Fachin. 9. controvers. 35. DISS. Dyn. ab eo relat.

IV.

An hoc crimen etiam committant ij, qui principes inferiores lædunt? Indistinctè. N. arg. l 1. §. 1. ff. h. t. l. 5. C. eo. Fachin. d lib. 9. c. 32. Harpr. ad §. publica autem. n. 17. & seqq. Inst. h. t. DISS. Althus. 1. IP. 61. Treutl. 2. diss. 32. th. 1. lit. b. & ab eo alleg.

V.

An filij ante crimen hoc commissum nati, ejus pœnam sentiant? Negativam sententiam ut humaniorem, sequitur Clar. in §. læsæ. n. 12. Harpr. d. loc. n. 34. DISS. Gomez. 3. resol. 2.

*n.16. Vigl. in meth. jur. controverſ. lib. 1. c. 13. pag. 172. reg. 10.*

*VI.*

*An pater, filio hoc crimen committente? N. Hierem. Setſer. diſp. Inſt. ult. th. 5. ex Cacheran. deciſ. 94. n. 6. an verè videb.*

*VII.*

*An à non ſubdito etiam committatur? N. Thomas Grammat. voto 10. pag. (mihi) 188. colum. 2. num. 32. Ioan. Fab. ad t. C. ad l. Iul. majeſt. n. 5.*

*VIII.*

*Conſcij hujus criminis, an pœna ejus ordinaria teneantur? N. arg l. 40. ff. de pœn. Menoch. de arb. jud. caſ. 355. n. 9. & ſeqq. Harpr. d. loc. n. 31. & ſeqq. DISS. Romul. de homicid. p. 1. n. 150. Gomez. 3. reſol. 2. n. 8. circ. fin.*

## THESIS II.

Secundò, crimen adulterij, ex L. Julia, qua non tantum temeratores alienarum nuptiarum, (*a*) ſed etiam ij, qui cum maſculis nefandam libidinem exercere audent, (*b*) aut lenocinium cum uxoribus vel liberis exercent, (*c*) ultimo ſupplicio afficiuntur. Et eâdem L. Julia etiam ſtupri flagitium punitur: Si quis enim virginem vel viduam, honeſte viventem, ſine vi, non adeò reluctantem ſtupraverit, honeſtio-

nestioribus pœnam publicationis partis dimidiæ bonorum, humilioribus coërcitionis corporis, cum relegatione, lex irrogat. (d) Tertiò, Sicariorum, ex L. Cornelia, quæ homicidia consulto & dolo malo, quocunq; telo facta, ultore gladio persequitur. (e) Sed & si quis telo, in publico hominis occidendi causa ambulaverit, sive venena ejus gratia fecerit, habuerit, vendiderit, sive artibus odiosis idem effecerit, eadem eum pœna manet. (f) Quartò, Parricidarum, ex L. Pompeia, qua cavetur, ut si quis parentum & liberorum, vel omnino affectionis ejus, (g) fata properaverit, nec non is cujus id dolo malo factum est, (h) vel qui conscius, hoc est, particeps existit, (i) pœna parricidij puniatur, quæ est, ut virgis sanguineis cæsus, (k) insutus culeo, cum cane, gallo gallinaceo, vipera & simia, & inter eas ferales angustias conclusus, in mare vel flumen proximum projiciatur, ut ei cælum superstiti, & terra mortuo auferatur. (l)

(a) §. *item L. Julia de adulterijs. h.t. l. 30. in fin. C. ad L. Jul. de adult. alia pœna constituta est in adulteram. Nov. 134 c. 10. quæ hodiè non obtinet.* (b) *l. 31. C. eo de qua l. vid. Ravard. 4. Var. 20.* (c) *l. 2. §. 2. l. 8. ff. eo. Nov. 14. Harpr. ad d. §. item L. Julia n. 26. ibid. Wes. ad vers. sed eadem. n. 3. ubi tradit, quid in ijs de jure Saxon. constitutum.* (d) *d. §. item L. Jul. vers. sed eadem. ubi Wes. n. 2. Harpr. n. 22. Azo. in summ. C. ad*

L. Jul. de adult n. 23. (e) §. item L. Cornelia. h. t. Quod juri divino consentaneum est. Wes. ad d. §. n. 3. Harpr. n. 41. & seqq. Althus. 1. IP. 54. (f) l. 1. in pr. & §. 1. ff. eo. l. 7. ff eo. Azo in summ. C. eo. n. 2. Id autem hodiè non obtinere tradit. Wes. d. n. 3. (g) §. alia deinde lex. h. t. l. un. C. de his qui parent. occid. (h) l. 1. in pr. ff. de l. Pompe. de parricid. (i) l. 6. eo. quam l. ita rectè interpretatur Wesenb. in d. §. alia deinde. n. 1. ubi alij pro, conscios, legunt. consocios. (k) l. pen. in pr. h. t. ubi rectè legitur virgis sanguineis, non sagmineis. Gothofr. ad d. l. 9. Cujac. in parat. d. t. (l) l. un. C. d. t. Quæ sit ejus pœnæ ratio. vid. ibid. Dd. & ad d. §. alia deinde.

## Hinc quæritur. I.

*Polygamia, an stuprum sit, vel adulterium? Disting. cum V Vesenb. in parat. ff. ad l. Iul. de adult. n. 8. DISS. variè Dd. ut refert. ibid. & ad §. 3. n. 2. Inst. h. t. vid. l. 18. C. ad l. Iul. de adult.*

II.

*Suspectus de adulterio, si contra interdictum magistratus, in domo suspectæ mulieris, præsertim verò tempore suspecto deprehendatur, & factum neget, an absq; alijs indicijs, quæstioni subjici possit? A. arg. auth. si quis C. d. t. Moller. 3. semest. 16.*

III.

*Stuprum Virgini nondum viripotenti illatum,*

latum, quomodo paniendum sit? Pœna arbitraria, ratione personarum, & aliarum circumstantiarum. l. 38. §. 3. ff. de pœn. l. 25. ff. de injur. Menoch. de arb. jud. cas. 294. n. 4. & seqq. Tessaur. decis. 148. n. 2. DISS. Harpr. ad §. item l. Iul. de adult. n. 23. h. t. & ibi alleg. quorum sententia obtinere potest ex constitutione Carol. V. Imp. In der Peinlichen Halßgerichts ordnung. art. 119.

IV.

Volens occidere Titium, si errore quodam occiderit Cajum, an ordinaria homicidij pœna teneatur? A. cum Harpr. ad §. item l. Cornelia. h. t. Fachin. 1. controvers. 37. Bronch. 4. ass. 85. DISS. Schneid. ad d. §. n. 2. & alij.

V.

Fœtum sibi vel alteri mulieri abigens, qua pœna teneatur? Dist. Exod. 21. vers. 21. c. aliquando. cum duob. seqq. 32. q. 2. Harpr. d. loc. n. 9. Covarr. 2. resol. ult. n. 10. DISS. Cacheran. decis. 60. Tessaur. decis. 12.

VI.

Mater filiæ abortum persuadens, qualiter punienda. Disting. ut in q. præced. Plures distinctiones afferunt. Dd. ut videre licet apud Boër. decis. 216. n. 4.

*Mater infantem recens natum occidens, an pœna parricidij teneatur? A. l. un. C. de his qui parent. vel lib. occid. Tessaur. decis. 13. ubi id variè limitat.*

## THESIS III.

Quintò, crimen falsi, quod varijs modis committitur, (a) puta ab ijs qui falsas testationes faciendas, testimoniavè falsa conjecerunt, (b) id est, apud judicem exposuerunt, (c) quive falsa testimonia, scientes & dolo malo in judicio dixerunt, (d) &c. Et hi puniuntur ex L. Cornelia, si sint servi, ultimo supplicio, si liberi homines, deportatione & omnium bonorum publicatione. (e) Sextò, vis publicæ, quæ armis committitur, (f) unde & armata dici solet, (armorum appellatione etiam fustes, lapides, & quicquid nocere potest, (g) accipimus) cujus pœna est deportatio. Ejusq; species non infima est raptus virginum, viduarum, vel sanctimonialium, libidinis explendæ causa factus, qui punitur ultimo supplicio, & omnium bonorum ademptione, quæ cedunt raptis, si ingenuæ sint, aut si sint virgines devotæ, monasterio vel ecclesiæ. (h) Septimò, peculatus, furtum sc pecuniæ publicæ, aut sacræ, (quod propriè sacrilegium vocatur) non ab eo factum, cujus periculo fuit. (i) Pœna ejus ex L. Julia

est

est deportatio, (k) constitutionibus verò, in judices, qui tempore administrationis pecunias publicas subtraxerint, vel qui scientes res subtractas ab ijs acceperint, ultimo supplicio animadvertitur. (l) HÆC DE CAPITALIBVS. Non capitalia sunt, ex quibus pecunia, aut in corpus aliqua coërcitio, & relegatio pœna est. (m) Ad hæc primò refertur crimen vis privatæ, sine armis illatæ, quam L. Julia, publicatione tertiæ partis bonorum coërcet. (n)

(a) *de quib. vid. Azon. in summ. C. ad L. Cornel. de falsi. n. 3. & seqq. Wes. in parat. ff. eo.* (b) *l. 1. in pr. ff. eo.* (c) *ita explicat Wes. d. loc. n. 3. Accurs. ibid. interpretatur, procuraverunt.* (d) *l. 16. ff. de testib.* (e) *§. item L. Cornel. de falsi. h. t. l. 1. in fin. l. ult. ff. de L. Cornel. de falsi. ubi Duar. c. 3. Wesen. in parat. eo. n. 12. DISS. Cujac. in parat. C. eo.* (f) *§. item l. Julia de vi h. t. §. recuperandæ. supr. de interdict. l. 1. ff. de vi publ.* (g) *d. §. recuperandæ. l. 9. ff. d. t.* (h) *d. §. item L. Jul. de vi h. t. ubi Vulte. & Dd.* (i) *definitio Labeonis in l. 9. §. 2. ff. ad L. Jul. pecul. latior ejus descriptio est in l. 1. eo.* (k) § *item L. Jul. peculatus. ubi Wes. n. 3. h. t. l. 3. ff. d. t.* (l) *d. §. item. ubi Dd. l. un. C. d. t.* (m) *§. publicorum judiciorum. ubi Dd. h. t. l. 2. ff. eo.* (n) *d. §. item L. Jul. de vi. Cur autem armata vis dicatur publica, non armata, privata. vid. Duar. 1. disp. 22. Pet. Frid. Mindan. lib. 1. de proces. Cam. cap. 23. §. 1. & 2. Tessaur. decis. 35. n. 2.*

Hinc

## Hinc quæritur. I.

*An testis, qui in privato judicio capitali, falsum deposuit, contra accusatum innocentem, capitis pœna teneatur? A. Harpr. ad §. 7. h.t. n. 21. 22. & 23. DISS. Accurs. ad l. 1. §. 1. ff. ad L. Cornel. de fals. Boss. in pract. crim. tit. de fals. n. 189.*

## II.

*Si Notarius, super contractu per se invalido, falsum fecerit instrumentum, an ut falsarius plecti debeat? N. arg. l. 36. §. fin. ff. de pign. act. Gail. 1. Obs. 100. n. 7. Harpr. d. loc. n. 25. & seq. DISS. Boss. d. loc. n. 89. Menoch. de arb. jud. cas. 306. n. 17.*

## III.

*An vis publica dicatur facta esse, quando quis solus & armatus aliquē aggreditur? A. cū Bart. in l. si criminis. C. ad l. Iul. de vi publ. cujus sententiam contra Thom. Grammat. consil. 43. per tot. defendit Tessaur. decis. 35. n. 4. & seqq.*

## IV.

*An pœna raptus maneat eum, qui raptam carnaliter nōcognovit? N. Harpr. ad §. 8. n. 14. h.t. & Dd. com. per l. un. in pr. C. de rapt. virg. DISS. Boss. d. tr. in tit. de rapt. mulier. n. 14.*

*Quid*

V.

*Quid, si mulier ipsa raptori consenserit? Non excusatur. d. l. un. §. pœnas autem. Harpr. d. loc. n. 9. & seq. VVes. ad §. 7. vers. sin autem. n. 3. h. t.*

VI.

*Violenta corruptio mulieris, si non fiat ejus è loco in locum translatio, an verus raptus dici possit? N. d. l. un. Moller. 3. semest. 7. n. 3. & seqq. DISS. Molinæ. in addit. ad Alexand. cons. 1. n. 12. lib. 3.*

VII.

*An mulieri raptæ, si cum raptore matrimonium contraxerit, quod de jure Canon. licitum est, raptoris bona eo jure sint applicanda? N. Fachin. 3. controv. 46. Petræ. conclus. 107. lit. b. DISS. Covarr. in Epit. de sponsal. p. 2. c. 3. §. 9. n. 1. & 2.*

VIII.

*An in pecunia municipij, vel civitatis inferioris, crimen peculatus committatur? A. l. 4. §. fin. ff ad L. Iul. pecul. ubi VVes. in parat. num. 10. Alciat. 1. disjunct. 3. Duar. 2. disp. 26. Bronch. 4. ass. 86. DISS. Harpr. ad §. 9. n. 7. & seqq. h. t. aliter. Ræard. 2. Var. 19. n. 1.*

## THESIS IV.

Deinde, crimen plagij, si quis liberum hominem

minem sciens, invitum emerit, vendiderit, celaverit, vinctum habuerit, servum alienum dolo malo abduxerit, celaverit, retinuerit: (a) cujus pœna pro modo delicti, ex arbitrio judicis, jam gravior, jam mitior constituta est. (b) Tertiò, ambitus crimen, quod admittunt ij, qui honores officiaq; pecunia redimunt. (c) (Canones Simoniam vocant) Pœna ejus pecuniaria est 100 aureorum, & nonnunquam pro delicti qualitate deportatio. (d) Quartò, crimen Repetundarum, eorum sc: qui in officio constituti, pecuniam, ut officium impertiantur, puta sententiam dicant, quod gratis præstari debuit, aut ut contra officium faciant, acceperunt. (e) Puniuntur ij pœna quadrupli, (f) nonnunquam pro modo sceleris relegatione, nonnunquam deportatione sive exilio, & aliquando etiam morte (g) Quintò, fraudatæ annonæ, quo tenentur ij, qui frumentorum aliarumq; rerum ad annonam pertinentium, emptionem & venditionem cariorem reddunt. (h) qui ipsi pœna 20 (i) aureorum, & nonnunquam relegatione, aut etiam in metallū damnatione, (k) coercentur. Sextò & ultimò, crimen de Residuis pecunijs, admissum ab ijs, qui pecuniam publicam in usum aliquem delegatam, sibi retinuerunt, neq; in eum usum consumpserunt, & apud quos pecunia publica post annum ab officio exacto residet. (l) Quo crimine damnatus,

tus, amplius, tertiâ parte, quam debet, punitur, (*m*) cum nominis infamia, quæ omnem, judicio publico damnatnm, comitatur. (*n*)

(a) *l.1.4.5.6 ff. de L. Fab. de plag. l.1.5.6.7. & passim t.t. C.eo.* (b) *§. est & inter. h.t. l. fin. ff. d.t. ubi Duar. c.ult. l. fin. C.eo.* (c) *t.t. ff. & C. de L. Iul. ambit.* (d) *l.un. ff.eo.* (e) *l.1. l.4 ff. de L. Iul repet. idq; variis declaratur exemplis in l.3.6. & 7.eo.* (f) *l.1 l.ult. in fin. C.eo.* (g) *l.7. § ult ff. eo. ubi Duar. c.3. l.38. s. judices ff. de pœn. Harpr. ad §. fin. n.16. h.t.* (h) *l.1. & 2 ff. ad L. Iul. de annon. l.6 ff. de extraord. crim. l.37 ff. de pœn.* (i) *l.2. in fin. ff. ad L. Iul. de annon. Et hæc est pœna ejus ordinaria. Duar. ad d.t.c. fin. DISS. Treutl. 2. disp. 32 th 9. lit. d.* (k) *l.6 ff. de extraord. crim.* (l) *l.2. l.4. l. 9. § fin ff. de L. Iul. pecul. l.4. §. 3. l.10. eo. ubi Duar. c. ult. & 2. disp. 26.* (m) *d. l.4. § 5. id est, ut præter pecuniam quam debet, tertiam partem ejus pecuniæ pendat. Duar. d. loc. & Dd. ad §. fin. h.t.* (n) *l.7 ff. de pub. jud. l.1 ff. de his qui not. infam.*

## Hinc quæritur. I.

*An sacerdotium, magistratum, aliamve dignitatem, sine pretio ambire liceat? A. Paul. 1. ad Timoth. 3. vers. 1. l.3 ff. de offic. Præt. Menoch. de arb. jud. cas. 401 n.4. & seqq. DISS. Accurs. in l.un. ff. de L. Iul. amb.*

## II.

*An, si consiliario principis officij consequendi gratiâ, pecunia sit data, pœnæ L. Iuliæ de Ambi-*

*Ambitu, sit locus? A. Harpr. ad §. fin. n. 5. & seq. h. t. post Bart. ad l. 3. ff. de off. Præt.*

III.

*An Rectoribus provinciarum, & alijs magistratibus, donari aliquid possit remunerationis gratia? Disting. cum Fachin. 2. controv. 80.*

IV.

*Pœna quadrupli ex L. Iulia repetund. fisconè an parti sit applicanda? Nisi etiam ex parte Rei turpitudo accesserit, inter utrumq; eam dividendam esse, censet Cujac. ad lib. 5. sentent. Paul. t. 28. Harpr. d. loc. n. 16. DISS. Azo. in summ. C. ad l. Iul. rep. n. 3. VVes. ad §. fin. h. t. n. 3.*

V.

*Statutum, ut puniatur exportans extra territorium frumentum, an etiam locum habeat in exportante farinam? A. arg. l. 29. & seq. ff. de LL. l. 8. §. 20. ff. de transact. Clar. in §. fin. q. 82. statut. 7. n. 6. DISS. Vigel. in meth. jur. controvers. lib. 3. c. 10. pag. 669. Reg. 107. except. 4.*

FINIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0900
DFG

9 Okt. 1975

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730336301/phys_0903
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730336301/phys_0904
DFG

e, quam debet, punitur,
ia, quæ omnem, judi-
, comitatur. (n)
Fab. de plag. l. 1. s. 6. 7. &
& inter. h. t. l. fin. ff. d. t. ubi
. t. ff. & C. de L. Iul. ambit.
ff. de L. Iul repet. idq; varijs
6. & 7. eo. (f) l. 1. l. ult. in
ubi Duar. c. 3. l. 38. §. judi-
fin. n. 16. h. t. (h) l. 1. & 2 ff.
e extraord. crim. l. 37. ff. de
l. de annon. Et hæc est pœna
t. c. fin. DISS. Treutl. 2. disp.
xtraord. crim. (l) l. 2. l. 4. l.
. 4. §. 3. l. 10. eo. ubi Duar. c.
4. §. 5. id est, ut præter pecu-
partem ejus pecuniæ pendat.
h. t. (n) l. 7. ff. de pub. jud.

æritur. I.
gistratum, aliamve di-
mbire liceat? A. Paul. I.
ff. de offic. Prat. Me-
1 n. 4. & seqq. DISS.
Iul. amb.
I.
ncipis officij consequen-
data, pœnæ L. Iuliæ de
Ambi-